6
34 K
48

# D N.
# ALEXANDRI
## LOSAEI AVILIANI, I. V. Doctoris, in tertium Codicis librum interpretationes.

*

Acceſsit his in calce operis eiuſdem in §. præterea inutilis.Inſtit.de inut.ſtipul.enarratiuncula perbreuis.

*Lege primùm, lector candide, perlegeq́;: ac tum demum iudica.*

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB. GRYPHIVM,
1537.

13-13-e-28.

# ALEXANDER LOSAEVS IVRISPERITUS, ſacrarum ſanctionum ſtudioſis S. D. P.

NON ab re ſapientum ſapientiſsimus, in ſuis à diuino ſpiritu manantibus dogmatibus, aſſeruit, ſacratiſsimarum legum alumni, faciendorum plurium librorum, nullum fore numerum, ſed unumquemq; proprijs animi motibus duci, & ad noua (ſi noua appellare fas ſit) faciliter prorumpere. Quod ego cùm mecum animo perpenderē, ab ineunte tyrocinio meo, nuſpiam decreueram (etſi temporum progreſſu doctiorem me fore contigiſſet) ad ſcribendum, quod publicè ac paſſim proponeretur, manum apponere: tum ob uarias & copioſas diuerſorum autorum explanationes, quibus nil addi poſſe autumo: quum etiam, ne quod de pleriſq; iudicari ſæpius audio, mihi ipſi iure merito adſcribi poſſet. Quamobrem honeſtius ſemper iudicaui, reipublicæq; noſtræ utilius, quum aliquid ocij mihi uendicare quiuiſſem, antiquorum patrum noſtrorum in ſterquilinio ob corruptelam iacentium, & iam lectorum oculos infeſtantium, firmiſsima monumenta, ad priſtinam eorum formam traducere, & ab inferis ad ſuperos, ob nouam reſtaurationem, reuocare. Nec ſpes me bona uſquequaq; fefellit: oblata quippe fuere, ope munificētiſsimi Hugonis noſtri à Porta, cui plurimum ſtudioſos omnes debere ſcio, reſarcienda expoliendaq; Bartoli Saxoferrati, fidiſsimi ſacrarum legum obſeruatoris, diuino quodam ingenio contexta cōmentaria. quæ ubi primùm emendanda ſuſcepi: fateor, ingemuiſſe ſæpius, tam codicum adeò deprauatorum infelicitatem, & profeſſorum diſpendium: quàm ingenioli mei tenues uires. Vtpote qui nondum adoleſcentiā egreſſus, ueritus non fuerim id moliri, quod nemo hactenus ea

cura tentarit. Habebitis nancꝫ breui temporis interuallo eos codices, non quidem puſillę ſtructurę, ſed in ſolitis amplioribus columnis, non ſolùm ex uetuſtiſsimorum exemplarium, præſertim Venetorum, ſed & manu conſcriptorũ fide, adeò nitidos & emunctos, ut ne litera quidem aut punctus ſint defutura: quinimo potius ex cæteris auctos, & nouis noſtris additionibus primæuo nitori reſtitutos. In præſentiarum autem, cum opus feliciter ſatis inceptum totis neruis proſequerer, quod tamen iam maiori ex parte abſoluimus, in mente reſedit (ut torporem & ſegnitiem, quæ partim ex indefeſſo ſtudio, partim ex aſperrimis hiſce caloribus proueniunt, à nobis ſecluderemus) ad aliquid quod defatigatum, & penè exinanitum animum refocillare poſſet, per aliquot meridianas horas diuertere. Quare effectum fuit, ut inter cætera, ſcripta aliqua in tertium Codicis librum noſtra, quæ in florentiſsima tunc, Taurinorum academia, anno ætatis meæ XXII. publicè legendo digeſsi, reuoluenda & lectitanda decreuerim. Quibus trutinatis, etſi debilia & non magni momenti exiſtant, non potui memetipſum intra pudoris limites continere, quin à propoſito firmo recedere propoſuerim: & quod nobis uſus & natura contulit, in medium pandere feſtinarim: non quidẽ oſtentationis aut iactãtię gratia, etſi quod ad gloriã promouere debeat, nihil in me comperiri queat: ſed ut animos ueſtros obdormientes quandocꝫ, expergefaciã, & ad longè maiora ſuccendam. Verum unum certò ſcio, non defuturos obtrectantiũ linguarũ uenenoſos morſus: quos tamen flocci pendo, dummodo labores noſtros uobis gratos conſpexero. Suſcipite igitur, Deo autore, profeſſores humaniſsimi, opuſculũ hoc noſtrum, quod ex Sebaſtiani Gryphij, literatorum omnium fautoris officina uobis depromimus. In eo fateor me nihil ad pompam, ſed tantum quod ad rem faciat, & iuri, ac rationi conſonũ ſit, protuliſſe. Puto enim non in multitudine ac farragine, ſed in bene ordinatis numeris, uim legum ſubſiſtere. Valete, commilitonis ueſtri ſemper memores.

Reueren

# REVERENDISSIMO AC ILLVSTR. DOMINO, D. PHILIBERTO Ferrerio, Hypporedienſi Antiſtiti ſapientiſsimo, ſanctiſsimiq́; domini do. noſtri, ad Chriſtianiſs. Regem legato meritiſsimo, Alexander Loſæus Auilianus Iuriſperitorum minimus, poſt ſacrarum manuū oſculum,

S. P. D.

VIX à tuo conſpectu,dum à nobis ad Chriſtianiſsimum Regem abſtraheretis, prodieram, reuerendiſs. Antiſtes, quum primum animo uoluere cœpi,quid mihi agendū foret,quod'ue ſumendum conſilium, quo effici poſſet, ut ego clientum,eorumq́;, qui quotidie munificentiſsimos tuos affatus ueluti terreſtre quoddam numen intueri ſolent, minimus, apud te memoriæ addictus perpetuò eſſem, tibiq́; de me bene merito gratus,gratior in dies redderer. Sed quibus neruis ad tam ingens cōceptum me pręcingam? quibus animi fortunarumq́; dotibus præmunitum memetipſum cerno,ut quid muneris tibi omnium probiſsimo ac excellentiſſimo auſim deuouere? Tu enim ingenio, Mineruam ipſam; Memoria, Themiſtoclem:eloquentia,M. Ciceronē:clementia & humanitate, Cæſarem:patientia, Mutium Scæuolam; conſtantia,Catonem:temperantia & ſobrietate, Epaminundam: magnanimitate, Alexandrum: liberalitate tandem & munificentia,Titum Veſpaſianum facilimè ſuperas. Præteream'ne etiam felicitatem tuam, qua Q. Metello parem, aut longè ſuperiorem te ipſum cōſpicio? Ortus es enim,è ſplendidiſsima ac illuſtriſsima Ferreria, ea forti progenie, ex qua tot religioſiſsimi galero radiantes,Præſules,Abbates:tot ſapientiſsimi Quæſtores, à Chriſtianiſs. quoq; Regum conſilijs uiri:tot deniq; ſtrenuiſsimi immortaliſq́; famæ Impera-

tores & Duces, ueluti ex equo illo Troiano, prodiere. Inter quos, deo propicio, temporibus noſtris aliud cœleſte ſydus in ſacroſancto ac Romano cœtu, conſpiciendus & uenerandus nobis præbetur patruus tuus, Bonifacius epiſcopus cardinalis: à quo, etiam quòd eum ſatis ore referas, quaſcũq; uirtutes, quibus te exornatum iudicaui, ab eo enutritus, promptiſsimè hauſiſti. Præbuiſti quoq; his animi dotibus imbutus, dum apud Placentinos annis proximioribus præſideres, ſanctimoniæ uitæq; tuæ tale exemplum, ut nullo pacto hæſitarit Paulus Pont. Max. te ad inuictiſsimum, catholicæq; fidei protectorem perpetuum, FRANCISCVM Francorum Regem prudentiſsimum, in pertractandis hac infelici, proh dolor, tempeſtate adeò ingentibus negocijs, legatum deſtinare. Quorſum tamen hæc? ut decantandarum laudum tuarum ſupinus ego, & inexpers, onus aſſumam? quas CHRISTO duce, propenſis ſuis alis, omni æuo fama ipſa pandere deproperat. Decreueram iuſsis tuis obſequi, & te tenuiſsimo hoc, ac inculto dicendi genere, ſæpius inuiſere: quo per haſce notas meas aſsiduus tecum noctes dieſq; uerſarer: uerum regionis, ubi ades, longitudo, ac tabellariorum, etſi frequens, mihi tamen inopinatus, & repentinus occurſus, à decreto diuertunt. Quare conſultius fore exiſtimaui, æternũ quodpiam, æterno uiro dicare: aliquidq; quod penes te, dum abſens à nobis corpore fueris, commendatum me habeat, inſculptumq; cordi tuo affigat, typis excuſum tranſmittere. Habebis itaq;, & à tuo latere mei memor nunquàm diſcedet, in conſtitutionum Imperatoriarum particulam: breuis, qua te dono, hæc mea enarratio: & eam quidem quã (modo ſecundus agitur annus) in famigeratiſſimo Taurinæ ciuitatis gymnaſio publicè cõgrediendo diſcuſsi. Quid tamen infelix ago? ignauiam'ne meam palàm patefaciam? inanes nugas auſus'ne fuero tanto uiro offerre? Luſtrari an dignabuntur tot tamq; excelſi gymnaſiarchæ, prouinciarumq; moderatores, adoleſcentis inſipidi friuolas ineptias? Profectò, ni ea, qua in te angor, deuotio me urgeret, à

ret, à Criticorum acerrimorum faucibus, quas iam oblatrantes conſpicio, lubentiſsimè diuerterem. Accipies igitur, Mecœnas colendiſsime, has Loſæi tui qualesquales lucubratiunculas: quæ nutu tuo, ſplendidiſsimoq́ clypeo munitæ, in publicum prodire non erubeſcant: hæ ſunt laborum & uigiliarum ſuarum, primæ numini tuo dicatæ fruges. Quas ſi hilari, clementiq́ (ut aſſoles) fronte ſuſceperis, nec elatos cenſores uerebor, rudisq́, infirmus, & quodammodo ſemimortuus animus meus, ad longè meliora prorumpet. Salutant te Petrus Bayrus archiater facundiſsimus, necnon & Ioannes Bartholomæus eius natus, Montis Ceniſij præpoſitus: quos tibi deuinctiſsimos certo certius crede. Vale, clientis tui aſylum tutiſsimum. E' Lugduni emporio, x. Cal. Augu. M.D.XXXVII.

# ALEXANDRI LOSAEI IN RVBR.
## De iudicijs, interpretatio.

1 *Editio actionis ſeu libelli, inter iudiciorum præparatoria enumeratur.*
2 *Nomen actionis, an ſit in libello exprimendum.*
3 *Editio inſtrumentorum, quando præparatoria dici mereatur.*
4 *Citatio an uere iudicij præparatoria nuncupetur.*
5 *Noua circa iſtud formatur oppo. cum diſtinctione.*
6 *Practica, ut una tantum citatio uſq; ad ſententiam incluſiue interponatur.*
7 *Interrogatoria, an iudicij præparatoria dicantur.*
8 *Quid de calumniæ iuramento. Et latius nume. 19. uſq; ad 21.*
9 *Quid de cautione rati. Et de alijs præparatorijs, remiſsiue.*
10 *Terminus iudicium, quæ ſignificata habeat, remiſsiue.*
11 *Iudicium, quo ad titulum noſtrum attinet, quomodo ſumatur.*
12 *Diffinitio iudicij communiter recepta.*
13 *Noua noſtra iudicij diffinitio legibus & ratione comprobata.*
14 *Iudiciorum uariæ ſpecies, remiſsiue.*
15 *Continuatio rub. de Iudicijs ad præcedentes.*
16 *Libri ad librum an neceſſaria ſit continuatio.*
17 *Continuatio Bart. in rub. ſuprà de pactis. an ſit uera.*
18 *Noua huic rub. accõmodatur continuatio. Et nume. 22.*
20 *Iuramentum calumniæ quomodo præſtetur, quum cauſa per procuratorem agitur.*
21 *Cur ſit, quod hic imperat. præpoſuerit titu. de iura. calum. titulo de iudicijs. contrarium uero in decretalibus, Ro. Pont. ſeruarit.*

PRO felici introitu lectionum noſtrarum, CHRISTI prius ex uiſcerum intimis poſtulato præſidio, & uirginis matris pientiſſimo ſuffragio, condeſcendo ad gloſſ. rub. de iudic. ¶ Ad cuius perfectiorem intelligentiam præmitto, quæ ſint, & quæ dicantur iudiciorum præparatoria. Et multa ea eſſe comperio. ¶ In primis glo. noſtra enumerat exemplificando duo: uidelicet ut de edendo, & de in ius uocãdo. ¶ Videamus an primùm de

edendo ſit uerè præparatorium iudicij: Et quidem editio
1 actionis *procul dubio eſt iudiciorum præparatoria, quic-
quid in cōtrarium tentarint aliqui patres: de quibus per do-
minū Iaſ. in rub. ſuprà de eden. ut eſt tex. in l. edita. in primo
reſponſo ſuprà eod. ibi, ſpeciem futuræ litis. ¶ Terminus enim
lis, de lite conteſtata propriè intelligitur. l. is qui ſe obtulit.
in ultimo reſponſo. ff. de rei uend. & notat Iaſ. poſt cæteros
in l. cauſas uel lites. ſuprà de tranſact. latiusq́; de hoc infrà di-
cemus. Si ergo editio actionis, demonſtrat ſpeciem futurę li-
tis, neceſſe eſt fateri, quòd ſit ad iudiciū præparatoria: quum
iudicium poſt litis conteſtationem uerè dicatur. l. iudicium
ſoluitur. ff. eod. l. j. §. exceptis. infrà de anna. excep. adducitur
uulgò text. in l. amplius non petitum. ff. rem ratam habe. Et
quòd ſit præparatoria, eſt text. in l. j. in princ. ff. de eden. & in
autent. offeratur. infrà de litis cōteſtat. intelligendo d. l. edita
actio: id eſt, actionis editio: quod eſt dicere, libelli editio ſeu
2 porrectio: quum in libello *nomen actionis exprimi debeat:
ſecundum opi. aliquorum legiſtarum in d. l. edita. & in d. l. j.
in prin. de eden. & ſi non expreſſe, ſaltem tacitè, ex narratio-
ne facti, ex quo ius, quod eſt actio (inſt. de actio. in prin.) ori-
tur, & eſt implicitum in eo. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg.
aquil. quod ſufficere ſi tacitè fiat, de æquitate canonica prę-
ciſè eſt deciſum. c. dilecti. extrà eo. eſtq́; communis opinio,
teſte Decio in d. l. edita. col. j. De editione autem inſtrumen-
3 torum *hæſitatur apud Iaſ. & Decium poſt cæteros in rub.
ſuprà de eden. ut patet ex adductis per eos. Breuiter dico ex
mente ipſius Decij, pleniusq́; alibi, in c. j. col. xxxij. extrà de
probatio. quòd aut loquimur de editione, quæ fit iudici ad
fines probandi: & hæc nō eſt præparatoria, ſed probatoria. l.
quinquaginta. ad fin. (aliàs quingenta) ff. de probat. Aut lo-
quimur de editione inſtrumentorum, quæ fit parti ad fines
inſpiciendi, an contendere uel cedere uelit: & tunc adinſtar
actionis ſeu libelli talis editio inſtructoria dicetur prępara-
toria. d. l. j. ff. de eden. non tamen nego, quin hæc inſtructoria
editio fieri poſt litem conteſtatam poſsit; & eo caſu prępara-

toriam non appellabimus; ut ibi per Decium latius. ſequu-
tusq́ fuit hanc ſententiam, recolendæ memoriæ præceptor
meus Io.Franc.Rippa,in dicta rub.col.mihi iij.ſuprà de edē-
do. De ſecūdo non uidetur dubium:quia in ius uocatio,quæ
citatio * nuncupatur,ante litem conteſtatam fieri debet: quū 4
ab ea tota tela iudiciaria dependeat. Iſtud probat mihi text.
in d.auten.offeratur.ibi,Ei qui in ius uocatus eſt. Nam ſi edi
tio libelli eſt præparatoria, ut ſuprà oſtendimus, multò ma-
gis citatio:quia ille text.præſupponit citato offerendū libel-
lum.Addo text.in l.j.ff.de in ius uocan.ibi, Iuris experiun-
di.& eſt melior tex.de iure,in §.fi.inſtit. de pœna teme. liti.
Omnium autē actionum inſtituendarum,inquit Iuſti. prin-
cipium ab ea parte edicti,&c.ſi principium,ergo aliud quid-
piam ante ſe habere non poteſt.§.diſcipuli.uer.in reliqua. in
proœ.Digeſtorū. Sed contra iſtud fortiter *opp.ſententia ſiue 5
pro abſente,ſiue contra abſentem lata,ſi citatio legitima eam
nō præcedat,eſt ipſo iure nulla,l.ea quæ.ubi Bar.infrà quo-
modo & quando iudex. modò ſic ſententia ferri debet lite
conteſtata,aliàs non ualet.l.fi.§.illud.C.de tempo.appel.not.
Bart.in l.conſentaneum.col.j.quomo.& quando iudex.ergo
quum ſit dare caſum in quo citatio fiat poſt litem conteſta-
tam,non meretur ita indiſtinctè præparatoria nuncupari.
Hanc oppo.à nemine quem uiderim, tactam aut reſolutam
legiſſe memini.Iudicio tamen meo hanc difficultatem ita re-
ſolui poſſe exiſtimo. Aut loquimur de citatione,quę eſt prę-
ambula ad omnes actus iudiciarios, & ſic ſine qua iudicium
uniuerſale ſubſiſtere non poteſt: & hanc dico neceſſariò iu-
dicij præparatoriam, quum in initiò cauſæ proponi debeat:
& de hac edictum prætoris uerba facit. de quo in d.l.j.& d.
§.fi. Aut loquimur de citatione,quæ fit ad aliquē actum ſpe-
cialem poſt litem conteſtatam,ut in exemplo ſententiæ pro-
poſito:& talis non dicetur prǫparatoria generaliter,ſed bene
particulariter,& quo ad quid: ut puta citatio erit præpara-
toria ad ſententiam, quæ potentiſſima pars eſt iudicij:quum
ad eam totus actus iudiciarius referatur, arg.§.curare. inſti.

 de actio.

de actio.& l.ij.§.poſt originem.ff.de orig.iur. Hæcq; diſtin-
ctio ſine dubio procedet, ſi præparatorium largè ſumamus,
pro omni eo, quod aliquem actum præcedit. Si uerò ſtrictè
in materiæ noſtræ limitibus acceperimus, nuſquam præpa-
ratoria citatio,quæ poſt litem cõteſtatam cadat,dici poterit.
6 Sciendũ tamen eſt,* cõmunem ſtylum affore,iſtudq; in praxi
obſeruari, præſertim apud Taurinorum magiſtratus, ad di-
rimendos litium anfractus:ne ex tot citationibus cauillatio-
nes ſuboriantur,ut una citatio ad omnes actus uſque ad ſen-
tentiam diffinitiuam incluſiuè proponatur:ut tradit inſignis
Cherinorũ practicus,affinis meus,dominus Iafredus Balbus,
deciſio.xlij.incip. conſiliũ eſt, in prima centuria. cũ cõmina-
tione tamen quòd in citatum,eius nõ obſtante abſentia,pro-
cedetur ad perfectam cauſæ deciſionem,ut etiam uoluit Bar.
quem ipſe non refert in l.ſtatuliberos.§.Stichus annua. ff.de
ſtatuliberis. Quare autem in hoc uolumine præpoſitus fue-
rit titu.de edendo.tit.de in ius uocan. quod ſecus in Pande-
ctis factum legimus:uidendus eſt Bart.in rub.ad fi.eod.titu.
de in ius uocan. circa quod etſi multa dicenda forent, latius
7 tamen non ſubſiſto. Reperio & tertium * iudiciorum præ-
paratorium,ſcilicet, Interrogatoria : quæ ante litis conteſta-
tionem fieri debent.l.qui petitorio.in princi.ff.de rei uendi.l.
qui ſeruum.§.in iure.ff.de inter.actio. Opp.nouiter,ſi inter-
rogatoria ſunt præparatoria,cur nõ præpoſita fuere in Pan-
dectis,titu.de iudicijs. Reſpondeo,quia nonnunquam poſt
litem conteſtatam æquitate dictante admittuntur.l.ubicũq;.
ff.eo.tradit Panorm.in c.cum cauſam.col.iiij.de iura. calum.
nimirũ ſi poſtponuntur. Replicari poteſt,etiam quòd quan-
doque fiant poſt:attamen regulariter fieri debent ante litem
conteſt.ceſſante æquitate.Ergo ad ea quæ frequentius obti-
nent,magis attendere debemus.l.nã ad ea.ff.de legi.l.ea quę.
ff.de regu.iur. Poſſem reſpondere duobus aut tribus modis:
prout in ſimili in actione ad exhibendum, reſpondent Iaſ. &
Decius in d.rub.ſuprà de eden.uel ſecundum Panor.in d.c.
cum cauſam.Iſtud,quòd interrogatoria pręponantur,in uim
conſilij

conſilij,non præcepti ſtatutum fuiſſe; quum ſemper æqui-
tas dictet ea admitti debere. Sed breuibus dico hoc factum
fuiſſe,ne actionum materia ſepararetur: ut quia olim inter-
rogationes iure actionis fierent, uel iudicis officio.glo. rub.
ff.eod. quod iudicis officium ex lata ſaltem interpretatione
ſub actione continetur.Bart.in l.fin. ff.de iniurijs. Cum igi-
tur in ea parte digeſtorꝫ tractetur de actionũ materia:opor-
tuit ea,quæ de eodem loquuntur,in confinio ponere.l.conti-
nuus.in princ.ff.de uerb.oblig.l.ij.§.quartus.ſuprà de uete.
iur.enucle.¶Quartum iudiciorum præparatorium, Iuramen-
tum calumnię * uocitamus,quod in primordio uniuſcuiuſqꝫ 8
litis præſtari debet.l.fin.§.fin.in princ.ſuprà de iureiur.pro-
pter calum.dan.¶Contra iſtud obſtat alius text.in d.l. fin. in
prin.ibi,Niſi poſt narrationem & reſponſionem: & ſic poſt li
tis conteſta. l. j. infrà de litis conteſta.c.j.extrà eo. ergo non
præparatorium. Accur. in d.l.fin. in princ. ſentiens contra-
rium,iſtud ſoluit,dicens,ſatis præſtari in primordio,ſi ſtatim
poſt litis conteſta.præſtetur.argu.l.lecta.uerſi. dicebam. ff.ſi
cer.pet.Iſte paſſus latiorem indagationem expoſcit: uidebi-
mus latius infrà in continuatione.¶Aliud & quintum eſt iu-
diciorum præparatorium,Cautio rati, * quæ litem conteſta- 9
tam & iudicium cœptum præcedere debet.l.pompo.§. rati-
habitionis. ff. de procurat. de quo me remitto ad notata per
Paul.Caſtren.in l.ij.ad fi.infrà de conſor. eiuſdem litis.¶Alia
pleraqꝫ præparatoria congerere poſſem,ut puta actionem ad
exhibendum,de qua in l.iij. §. eſt autem.ibi,acturo,&c.ff.ad
exhibend. Exceptiones dilatorias & procuratorias, de qui-
bus in l.exceptionem.infrà de probat.in l.ita demum. ſuprà
de procur.uel ſatiſdationẽ de iudicio ſiſti,de qua in §.j.inſti.
de ſatiſda.ut uoluit Bart.in l.ſi inſulã.col.iiij.uerſi.ulti. opp.
ff.de uerb.oblig. Et de his præparatorijs ampliſsimè tractat
Spec.per totum ferè ſecundum librum ſui Speculi.¶Secundò
præmittendum eſt,quid ſit iudiciũ.In quo aduertendum eſt,
quòd nõ poteſt ita indeterminatè prolatum, cõmodè diffini-
ri:æquiuocum enim terminum eſſe * & multas habere ſigni- 10

ficationes,Docto.demonſtrant,quas ſigillatim proſequi po-
tius laborioſum foret,quàm ingenioſum.uideas gl. magiſtrã
in §.preterea,inſt.quib.non eſt permiſ.fac.teſt.tradunt ſcrib.
11 hîc,& in rub.extrà eo.Hîc autem iudiciũ ſumi dicimus *pro
ordinatione cauſę,ſeu iuris diſquiſitione:quę per cõteſtatio-
nem litis fit.glo.in l.j.infrà eo.Et ut ſcias,differentia eſt inter
iudicium hoc modo ſumptum,& iudiciũ quod pro inſtantia
capitur:ut Accur.aduertit in d.§.præterea.in iij.& xj.ſigni-
ficato.perpenditq́ꝫ Paul.Caſtr. hîc.Licet ſatis inaduertenter
Alex.hîc,Canoniſtæ in d.rub.uideantur iſta cõmiſcere:dum
inquiunt,iudiciũ ſumi hîc pro inſtãtia,ſeu ordinatione cauſę.
Quod tamen falſiſsimũ eſt:quia ſi ita eſſet,ſequeretur,ꝙ abſo
lutus ab obſeruatione iudicij,id eſt,inſtantiæ, cenſeretur etiã
abſolutus à iudicio,quod pro ordinatione cauſæ & actu triũ
perſonarũ ſumitur. quod à ueritate deuium foret:nam refe-
ctis expenſis, poteſt aliud iudiciũ de nouo inchoari: ut uult
glo.in uer.iudicij.in §.& ſiquidẽ.l.properandũ.infrà eo. Sal-
uari poſſunt Doct.iſti,ut dicamus,eos intellexiſſe,ꝙ in ll.hu-
ius tit.tam de iudicio,id eſt,ordinatione cauſę, q̃ꝫ de inſtantia
tractatũ fuerit:non autẽ ꝙ in hac rub.iudicium pro inſtantia
cauſæ accipiatur,& hanc teneo fuiſſe eorum mentẽ.Reperio
12 ergo iudicium, prout hîc ſumitur,ita diffiniri: *Iudicium eſt
actus triũ perſonarum,iudicis,actoris,& rei, in iudicio cõten
dentium.Hanc diffinitionẽ ſequuntur cõmuniter ſcrib. Le-
giſtę & Canoniſtę:eamq́ꝫ defendit Decius in rub.col.ij.& iij.
extrà eo.qui alias refert diffinitiones:circa quas poſt tantorũ
patrũ tam antiquorum q̃ꝫ nouiſsimorum trutinationem, nec
approbando minusq́ꝫ reprobando me inuoluam:ut quia nul
lus taliũ diſceptationũ ſit finis:cùm multa dici poſsint , quæ
quãdoq́ꝫ parũ ad rem faciant.Mihi autẽ,qui uix iudiciorũ li-
13 mina tetigi,ita diffiniri poſſe iudiciũ in animo ſedet:* Iudiciũ
eſt iuris ſui diſcuſsio,ſeu diſquiſitio,apud eũ, qui uel ſua, uel
alterius uice tribunali præeſt,legitimè facta.An hæc diffini-
tio cum ſuo diffinito bene cõuertatur,ipſe diſpice. Examino
ego uerbo tenus.Dixi,iudicium eſt iuris ſui:ad differentiam

iuris

iuris ſimpliciter,quod de ſcripto,aut non ſcripto,& eius ſpeciebus intelligitur.toto tit.inſtit.de iure natu.gen.uel ciuil.l. ius ciuile.cum ſequen.ff.de iuſt.& iur. nam ſi de eo apud iudicē quis diſputando diſſereret,tunc iudicium dici nō mereretur.Loquimur autē de iure ſuo,quod aliquis cōpetere ſibi credit:quodq; uarijs modis nanciſcimur.toto titu. de rerum diui.acqui.rer.domi.& ſimilibus plurimis. Dixi etiam, iuris ſui diſcuſsio,ſeu diſquiſitio:ut comprehendam actorē & reū, quorum uterq; de iure ſuo diſceptare dicitur:nam iurare debet uterq; ſe bonum ius fouere:actor agendo,reus reluctando.l.fi.in princ.ſuprà tit.proxi.uel iuris ſui,ut includam tantummodo reum:qui ius ſuū defendit,& de eo diſcutit,quum aduerſus eum per inquiſitionem proceditur.Et per hęc uerba ceſſabunt,& nouiter ſilentium imponetur tantis doctoribus,qui & hîc,& in rub.extrà eo.in huius contrarij ad cōmunem diffinitionem ſolutione, adeò acerbè capita ſua torſere. Dixi,apud eum qui tribunali præeſt,ut includam tam iudicem competentem,quàm incompetentem : qui tamen alicui præeſt tribunali:cuius,conſenſu partium, prorogatur iuriſdictio. l. j.ff.eod.& excludam eum,qui ſaltem nomine iudex dici poſſet, qui tamen nulli præſit iudicio. per text.in l. priuatorum.infrà de iuriſdict.om.iudic.Dixi,qui uel ſua,uel alterius uice, ut admittam delegatum,apud quem de iure eorum partes diſceptant:qui tamen ex perſona ſua tribunal nō habet, ſed delegantis. l. j. §.qui mandatam. ff. de offic. eius cui mand.eſt iuriſdict. l. ſolet.ſecundo reſponſo.ff.de iuriſdi. om.iud. Dixi poſtremò,legitimè facta: nam ſi legitimè non fieret, ut puta quòd quis ad iudicem accederet, & coram eo de iure ſuo diſquireret,nō præcedentibus legitimis áctis,ut citatione,litis cōteſtatione, & ſimilibus,uel tabellione qui ea conſcriberet,iuxta formam c.quoniā contra falſam. extrà de proba.tunc nō mereretur dici iudicium,eo modo quo in materiæ noſtræ terminis ſumimus. Oportet ergo,ut ualeat iudicium,quòd talis diſcuſsio iuridice fiat.Et ex his concludo hanc noſtram diffinitionem ueriſsimam,perfectamq; fore, &

de iure

de iure ſubſiſtere.Tertio & ultimo præmittas ad uerã huius
14 materiæ intelligentiam,* multiplices eſſe iudiciorum ſpe-
cies.Alia enim ciuilia ſunt,quædam criminalia,nõnulla mi-
xta:de quibus ut per Alex.hîc.& Cano.in d.rub.extra eod.
Rurſus quædam uniuerſalia ſunt, alia generalia, nonnulla
particularia, ſeu ſingularia, pleraq; ſimplicia, adſunt & du-
plicia:quæ proſequere ut per Pau.Caſt.& latius per Iaſ. hîc,
qui alias diuiſiones addit.Annotandum quoq; eſt in hac ma
teria,aliter dici iudicium formatũ,aliter inchoatum. Inchoa-
tur enim iudicium citatione: formatur uerò litis cõteſtatio-
ne.Et hoc caſu ea de quibus primo euidentiali diximus,uerè
præparatoria dicũtur:ſuperiore uerò non.Iſtud declarat me-
lius quàm alius,quem uiderim,dominus meus Ripa.in rub.
col.ij. ſuprà de edendo. His ita præmiſsis, deuenio propius
ad glo.rub.quæ non diuiditur, quum unico contextu lega-
15 tur.Pro cuius expeditione quæro de cõtinuatione.*Reſpon
det Accur. Dixit de præparatorijs iudiciorum, ut de eden-
do,& de in ius uocando:nunc generaliter de iudicijs. Iſta cõ-
tinuatio cõmuniter recipitur, & in ſe eſt uerißima : attamen
nimis à remotis ſumitur,contra tex.in l.ij.ff.de ſtat.homi. cũ
uulga. Saluando poſſumus reſpondere, quòd hic ſumus in
16 principio libri,* in quo non eſt neceſſaria cõtinuatio, ut uo-
luit glo.reputata ſingu.in rub.ff.de condict.furt.in fi. & tra-
dit Iaſ.in rub.inſt.de actio.col.ij.uerſi. quæ tamen concluſio.
& ideo etiam, quòd fiat à remotis, cùm neceſſariò nõ requi-
ratur,non uitiatur continuatio,arg.text.in l.j.in princ. infrà
de rei uxo.actio.& tex.cum glo.in §.ſerui.inſti. de libert. Et
licet dict.glo.in rub.de condi.fur. intelligatur cõmuniter, ut
ſtatim dixi:ſunt tamen qui uolunt eam loqui, quòd in prin-
cipijs librorum requiratur continuatio:ſed ſufficiat eam fieri
ad remota,ut perpendit Decius in rub.col.iij.in ij.lectu.ex-
trà eod.Mihi autem illa glo.nec cõmunem, nec aliam ſenten
tiam rectè probat:quinimo in princ.illius libri fit continua-
tio.Nam cum imperator fuerit in præcedentibus in tracta-
tu cõdictionum:ſubannectit etiam in eo XIII. lib. eandem
materiam

materiam; etiam quòd à prioribus condictionibus foret ea parumper diuerſa. Et ideo intelligerẽ illam gloſ. dato quòd illud probet, ad quod adducitur propter communis opinionis autoritatem, ut procedat, quando ſequens liber tractaret materiam penitus diuerſam, ut tunc neceſſaria non ſit continuatio; ſecus autem ſi eandem materiam proſequatur; ut in tit. noſtro, in quo materiam iudiciorum inchoatã debito ordine proſequitur. arg. tex. in l. continuus. in princ. ff. de uerb. oblig. & pro hac diſtinctione dico eſſe text. clarum in l. ij. §. quartus. ſuprà de ueter. iur. enucle. ibi, & prædictæ actiones quaſi pediſſequæ illarum, &c. & ibi in fi. quum oportuerat ea, quæ de eodẽ penè loquuntur, in confinio ponere. qui tex. non admittit differentiam, quam faciunt doct. inter titulos & libros; cum indiſtinctè & generaliter loquatur, & ideo generaliter ueniat intelligendus. l. de precio. ff. de public. cum concord. Inquirenda eſt ergo melior * continuatio. Docto. hic ſe 17
remittunt ad amplam continuationem Bart. in rub. ſuprà de pactis. quam tamen procedere non arbitror, cùm defectiua ſit: nam continuat tantummodo uſq; ad rub. de arbitris, dum dicit ipſe; & quia aliqui in prædictis læduntur, ideo ponit de in integ. reſtitu. poſtea uenit liber de iudic. Ecce qualiter hæc continuatio ſumitur à titul. de alie. iudic. mutand. cauſa facta. qui titu. eſt ultimus materiæ in integrum reſtitutionis: & omittuntur medij titul. de arbitris, cum tribus ſequentib. Nec obſt. ſi diceret quis ſubtilis, aduerte, quia intentio Bart. fuit ſumere tractatum de iudic. à tit. de arbit. quum ad ſimilitudinem iudiciorum arbitria ſint introducta l. j. de arbitr. Nam ad iſtud reſpondeo dupliciter. Primò ponderãdo uerba Bart. qui non dicit, Poſtea uenit materia aut tractatus iudiciorum, ſub quo arbitria contineri potuiſſent; ſed dicit, Poſtea uenit liber de iudic. À titul. ergo de arbit. non incipit liber de iudic. quum ibi non ſit caput libri; ſed ſit adhuc ſub ſecundo libro. Secundo reſpondeo; Dato, & non conceſſo, quòd ea fuerit Bart. intentio, quòd tamen cõtinuatio non procedit: quia licet arbitria ſint redacta adinſtar iudiciorum:

non tamen ſunt iudicia, licet in aliquibus conueniant: nam ad hoc ut ex ſimilitudine uel conuenientia argui poſsit, neceſſe eſt quòd omnia in totum ſint ſimilia & conuenientia. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de infami. & ſi arbitria idem eſſent quod iudicia, ut quid tam diuerſis titulis & diuerſo iure cenſerentur? arg. l. ſi idem. infrà de codicil. Concludo ergo, quum uerba Bart. non poſsint ad titul. de arbit. accommodari, non bonam eſſe continuationem: ut quia nimis à remotis, contra text. in dict. §. quartus. Ego autem melius ad proximiora ita poſſe continuari exiſtimo.
18 * Viſis multis neceſſarijs ad præparationem iudiciorum, reſtat nunc uidere de ipſis iudicijs: ſed quia iuramentum calumniç præſtatur in ipſo iudicij exordio, & inter ea, quæ illico, & incontinenti fiunt, non ſit dare prius nec poſterius. l. petens. ſuprà de pactis. ideo præpoſitio titu. de iureiur. ob cal. dan. ſubijcit titul. de iudicijs. Iſta continuatio, ſi tenuerimus concluſionem gloſ. de qua ſuprà in iiij. præparatorio: quam ibi ſequuntur Bartol. & communiter docto. ſine dubio procedet. Sed contra illam oppo.
19 * & uidetur dicendum, quòd iuramentum calumniæ ante litem conteſtatam, præſtari debeat. Primò per text. in l. j. uerſic. ſinautem. ſuprà de ſatiſdand. ubi exceptio procuratoria, quæ eſt dilatoria. l. ita demum. ſuprà de procur. debet opponi in ipſo litis exordio, id eſt, ante litem conteſtatam, ut ibi exponit Accur. Secundò per text. in d. l. fi. §. fi. de iura. cal. ibi: Et in primo poſt hanc legem ingreſſu eam compelli iuſiurandum præſtare. exponit Accur. ingreſſu, ad iudicium. Si ergo iudicium dicitur poſt litem conteſtatam, ut in primo prçparatorio oſtendimus, datur intelligi, ante litis conteſt. tale iuramentum præſtari debere. His nõ obſtantibus, tenenda eſt opi. gloſ. & doct. per text. qui cauillari non poteſt, in d. l. fi. in princ. qui clarè loquitur, in illis uerbis: niſi poſt narrationem & reſponſionem, &c. & per text. in c. j. in princ. de iuram. calum. lib. vj. ſequitur Panormit. in rub. & in c. j. in iij. notab. extrà eod. in antiquis. Tota uis conſiſtit in reſpondendo contrarijs. Et in primis dico fundamentũ ſuprà negatum,

negatum,uerißimum eſſe:ut quia illa uerba, in ipſo litis exordio,importent litem conteſtatam fore : quod infinitis iuribus probatur:primò per tex.in c. ſuper quæſtionum.in prin. uerſ.quòd ſi delegatus.extrà de offic.deleg. ubi gloſ. in uerbo litis.iſtud annotat. Secundò, ultra text. qui optimè probant,adductos per Iaſ.in d. l.cauſas uel lites facit:quia lis propriè dicitur,de conteſtata.l.j.uerſ.ſiquidem. infrà de plus petitio. Et quòd initium ſeu exordium ſumatur à litis conteſtatione, eſt caſus, ubi Accur.not.in autent.de litig. §. omnem. uerſ.ſi uerò apud iudicem.coll.viij.Et hoc dico eſſe regulare. Sed ſi reperiatur caſus ſpecialis,& materia ſubiecta patiatur: tunc,ut euitetur abſurdum,recedendũ puto à regula: quum nulla adeò generalis ſit regula, quæ non patiatur fallentiam. l.j.ubi Decius in iiij. not. ff.de reg.iur. Et ita procedat text. in d.l.j.de ſatiſdan.quia niſi ita intelligeretur, ſequeretur abſurdum,quòd exceptiones dilatoriæ poſt litem conteſtatam proponerentur.contra l.exceptionem.cum concord.infrà de probation. Non obſtat §.fi.d.l.fi.cum expoſitione gloſ. quia retorqueo fundamentum in cõtrarium:nam ſi iudicium poſt litem conteſtatam intelligitur, iuramentum calumniæ præſtabitur pòſt:& ſenſus eſt talis: In primo ingreſſu ad iudiciũ: id eſt, in primo actu, qui fiet in ipſo iudicio, lite conteſtata. Sed pro clariori reſolutione * adhuc oppo.contra prædictam 20 iurium & communem deciſionẽ,de text.in d.l.ij.§. ſinautem abfuerit. de iur. cal. ubi dicitur, ſi dominus uoluerit cauſam agitare per procuratorem,non antè licentiam habeat litẽ exercendam mandare,niſi prius de calumnia in prouincia, qua degit,iurauerit.Ecce text.rotundum,qui uult ante iudicium cœptum iuramentum calumniæ per actorem præſtari. Paul. Caſtr. ibi ſentiens difficultatẽ reſpondet iſtud admitti,quando quis uult agere totam cauſam per procuratorem, & ad iudicium nunquàm uenire.per illum tex.facit etiam text.in d. l.ij.§.hoc etiã huic legi.ſecus quãdo cauſa agitatur per ipſoſmet principales, quia tũc procedit,quod ſuprà diximus. per text.in d.l.ij.in princ.iuncta auten.principales. Suadetur iſta

ſolutio,ratione. Nam datur licentia dominis, qui rebus ſuis & litibus præeſſe nolunt,uel non poſſunt iſtud per procura‐tores agere.l.j.in prin.ff.de procu. Sed quia tunc machinatio nibus locus foret, quum dominus iuramentum lite cœpta præſtare fugiens,deciperet,& læderet aduerſarium colluden do,uel mutãdo ius in procuratorem tanquã cauillosum, aut potentiorem:ideo uoluit lex,ut ante litem exerceri mandan dam,dominus de calumnia iuret,demum procurator cauſam proſequatur.Iſtud tamẽ ſanè intelligas in procuratore ad ex‐ercitium tantum:ſecus in procuratore in rem ſuam, uel qui à ſe ſatiſdationẽ præſtat:quia tunc procurator, & nõ dominus, poſt litem conteſtatam iurat:ut uoluit Accur.in l. nõ ſolum. in princ.ff.de procur.adhibita diſtinctione,de qua ibi per eũ. Sciendum tamẽ eſt circa iſtud calumniæ iuramentum à pro‐curatore præſtandum,Canoniſtas aliter obſeruare: ut habes text.in c.ij.§.j.& c.fi.extrà de iur.cal.Secundò oppo. de text. in l.j.ſuprà de iura.cal.ubi ante litem conteſtatam & ſæpius iuramẽtum calumniæ præſtatur. Augetur difficultas.inter‐rogatoria fieri debent ante litem conteſtatã regulariter.l.qui petitorio. ff.de rei uend.& dictũ fuit in tertio præparatorio, ſuprà,iuramentũ calumniæ præſtatur ſuper interrogatorijs: per tex.qui ad hoc ſolet adduci in l.theſaurus.ff.ad exhib. & tradit Panor.in c.cum cauſam.col.iiij.in fi. extrà de iura.cal. ergo iuramentum calumniæ ante litem conteſtatã præſtatur. Breuiter reſolutio eſt iſta,aut quærimus de iuramẽto calum‐niæ uniuerſali, quod præſtatur ſuper tota cauſa: & tunc tale iuramentum de iure ciuili ſtatim lite conteſtata præſtari de‐bet,& ſemel tantum.d.l.ij.in prin.iuncta autẽt.hoc ſacramen tum,& autent.in iſto iuramento.de iure cano. nõ eſt iſtud de ſubſtantia:ſed ſufficit,dummodo poſt litem cõteſtatam iure‐tur,& non ſtatim.c.j.in prin.de iur.cal.in vj.aut loquimur de iuramento calumniæ particulari ſuper certo actu,puta ſuper exceptione dilatoria uel interrogatorijs: & tunc ante litem conteſtatam præſtari poteſt.per text.in d.l.j.ſuprà tit. proxi. ponderãdo generalitatẽ illius tex.ibi,in omnibus cauſis, &c.

qui

qui terminus cauſa de lite nondum conteſtata intelligitur.c. forus.in.ij.reſpon.extra de uerb.ſigni.tradit Decius in rub. col.iij.ad medium. extra eod.iſtam concordiam approbauit Barto.quem cæteri ſequuntur in dicta l.ij.in princip. uerſi. modo habemus uidere.& Panor.in c.j.col.ij.& c.cũ cauſam. colum.v.de iura.cal.in quo.c.j.referendo Bartol. in d.auten. hoc ſacramentum.& in d.l.ij.dicit,auten.illam,hoc ſacra.corrigere tantũ dict. l.j.in eo quòd illam reſtringat,ut lite conteſtata amplius quàm ſemel non poſsit de calumnia iurari: quantum uerò ad iuramẽtum præſtandum in quacunq; exceptione ante litis conteſta.remaneat incorrecta lex codicis. Eſt tamen aduertendum,quòd iuramentum malitiæ,etiã iuramento calumniæ præſtito, in ſingulis actibus, ubi iudex expedire uiderit,præſtari debet.c.ij.§.fi.de iur.calũ.in vj.refert Paul.Caſtr.in d.l.j.in fin.& Panor. in d.c.cum cauſam. colum.v.in prin.Vltimo pro complemento,inueſtiganda eſt ratio,*quare Roma.pontifex contrarium ſeruarit in ſuis decretalibus,eius quod obſeruauit Impera.in Codice:ut præpoſuerit titu.de iudicijs.titulo de iuramẽto calũniæ.Reſpõ. ex mente Barto.in rubr.ſuprà titu.proxi.hanc rationem diuerſitatis fore, licet ipſe non ita declaret. Nam olim licitum erat de iure antiquo Codi.& ante & poſt litem conteſtatam indifferenter & ſæpius iuramentum calum. ſubire. dicta l.j. titu.proxi.ideo nimirum,ſi Imper.præpoſuit titu.de iur.cal. titu.de iudi.quia habuit reſpectum ad id,quod principaliter faciendum erat:ſcilicet ad initium,in quo præſtandum erat iuramentum huiuſmodi:quod initiũ principaliter attendendum ueniebat:ut quia finis,id eſt,aliud ſacramentum poſt litem conteſtatam præſtitum,neceſſariam conſequentiam haberet ad id,quod primo loco præſtabatur. arg.tex.in l.iij.§. ſcio.ff.de minor.Romanus autem ponti.uidens per nouiſsimum ius auten.l.cod.correctam,ut quia ſuper toto negocio ſemel tantum incõtinenti poſt iudicium cœptum iuramentum calum.præſtari ſtatutũ fuerit:attendens illud iuramentum generale, tanq; dignius & principalius ; ſeruato debito 21



BIBLIOTECA ... ROMA ...

ordine, poſt titul. de iudi. & de litis conteſta. titulum, de iur. calum. appoſuit: quod litem cōteſtatam & iudicium formatum ſubſequitur. Et hoc reſpectu ipſi Cano. melius fecerūt: quod non eſt mirum, quia fuere longè poſt leges conditas: & ob hoc optimi iuris ciuilis cognitores extitere: facile enim eis fuit, conſiderato iuris ciuilis tenore tanquam ſolido fundamento altius ſuperædificare. arg. l. egi. in prin. ff. de excep. rei iudi. & c. cum Paulus. j. q. j. Et ex his omnibus ita reſolu-
22 tis, poſſet nouiter & melius iſta rubr. continuari.* Poſtquàm uiſum fuit de præparatorijs iudiciorum, & ſic de iuramento calumniæ, quod ante iudiciū cœptum præſtatur: reſtat nunc de ipſis iudicijs tractare. Nec obſtabit titu. de arbitris intermedius: quia modicum interuallum cōtinuationem non uitiabit. arg. tex. in l. j. §. j. ff. de uerb. oblig. Et ex his remaneat, ſatis utiliter, ut opinor, commentata hæc rubr. in qua ſi quid bene dictum fuerit, Deo opti. maxi. condonetur: ſin minus, imbecillitati & ætati adſcribatur.

SVPER l. j. C. de Iudi. nil ſcripſi: quia iuſſu ſcholariū (eo quòd materia eſſet nimis longa) textualia tantum cum diuiſione gloſſarum in uoce expediui. Sequitur l. ij.

1 *Actionum diuiſio, in uniuerſalem, generalem, & ſingularem.*
2 *Actio uniuerſalis dicitur ea, in qua conſideratur ſolum ius in uniuerſo: non autem ſingula uniuerſi. Et hæc duplex.*
3 *Actio generalis ea dicitur, ſub cuius generalitate ſingulæ res ſunt conſiderabiles.*
4 *Differentiæ inter actionem hanc generalem, & uniuerſalem.*
5 *Actio ſingularis eſt, quæ in ſe tantum continet ſingulare ſubiectum.*
6 *Intellectus ſecundus gloſ. communis & uerus.*
7 *Caſus in terminis cum rationibus dubitandi & decidendi.*
8 *Aduerſus Caſtren. & cæteros, quòd diſpoſitio tex. noſtri procedat non tantum de æquitate, ſed & de rigore, retento ſecundo intellectu.*
9 *Actio generalis, per ſententiam abſolutoriam, ipſo iure non extinguitur.*
10 *Differentia, an remedium competat ipſo iure, uel ope exceptionis.*
11 *In actionibus generalibus, an licita ſit emendatio.*
12 *Duæ negationes affirmant: tres uero negant.*

Licet

Licet. Præmittendum eſt ad huius legis intelligentiam,quòd actiones reperiũtur diuiſæ in tria membra. * Alia enim eſt actio uniuerſalis: 1
altera generalis: & tertia ſingularis,ſeu particularis.de quibus eſt gloſ.ordinaria in l.j.in prin.ff.de eden. ubi Bar.col.ij. examinat.& Iaſo.poſt alios,col.v.& vj. idem Iaſo.in l.edita. colum.iiij. ſuprà de eden.& in rubri.colum.vj.ff.ſolu.matri. Panor.in c.ij.col.vj.& ſeq.extrà de libel.obla.Reſolutiuè dico ex mente docto.* quòd uniuerſalis dicitur ea,in qua con- 2
ſideratur ſolũ ius in uniuerſo,actu uel potentia:ſingula uerò uniuerſi non habentur in conſideratione.Et hæc eſt duplex. Alia enim eſt uniuerſalis ſui natura:id eſt,à primordio,poſtquàm eſt in eſſe deducta: ut potes ponere exemplum in petitione hæreditatis. iuxta tex.in l.iiij.ff.de peti.hæredita.& hanc uniuerſalem appellat tex.in l.j.in prin.ff.de rei uendi. Aut in actione de peculio. de qua in l.quæſitum .§. is qui. ff.de pecul.& in l.uendicatio.ff.de rei uendi.pro cuius intellectu,uide unum ſingulare uerbũ per Iaſ.in l.ſi grege.in iiij. not.de lega.j.uel in actione de dote.de qua in l.quod dicitur. la.j.ff.de impen. in re. dota. factis. notat Bartol.in rubri.ff. ſolu.matr.ad fi. Alia dicitur uniuerſalis accidentaliter:id eſt, non ex ſui natura,ſed mediãte aliquo facto hominis:ut exemplificare potes,in actione ex teſtamento contra hæredem rogatum reſtituere ex Trebelliano hæreditatẽ.de qua toto tit. ff.& c.ad Trebel.& inſti.de fideicom.hæredit.uel in actione ex empto contra uenditorem hæreditatis.de qua toto titul. ff.de hæredita.uel actio.uendi.præſertim in l.ij.Hanc diſtinctionem legi apud Dominum meum Ripã (ne tacito autore pertranſeam, licet aliqua addiderim) in d.l.edita. colum.xij. in prin.gloſ.magnæ. de eden. Quædam,& ſecundo,eſt actio generalis:* quæ ſecundum aliquos dicitur illa,ſub cuius ge- 3
neralitate ſingulæ res ſunt conſiderabiles:uel quæ ſub ſui generalitate plura apta eſt actu comprehendere.Exemplum in tex.noſtro,in quo ſub generali actione tutelę,multæ ſpecies comprehendi poſſunt:uel in actione pro ſocio,aut nego.geſtorum,

ſtorum.de quibus eſt tex.no.in l.pro ſocio arbiter.ff.pro ſo-
4 cio. Et iſta generalis * differt ab uniuerſali:quia hæc non re-
cipit augmentum uel diminutionem:ut eſt text.hic,& in l.
lucius.§.tutelæ.ff.de admi.tuto.illa uerò ſic:ut eſt tex.in di-
cta l.iiij.& in d.l.quod dicitur.& eſt tex.clarus in l.ſi ex duo-
bus.§.j.ff.de pecu.Eſt & alia differentia:quia in prima,multa
tranſeunt cum uniuerſitate,quæ aliàs non uenirent.l.in mo-
dicis.ubi Accur.not.ff.de contrahen.emptio.c.ex literis.ex-
trà de iur.patro.in hac uerò ſecus:quia multa bene compre-
hendi poſſent in ſpecie,quæ in uniuerſo non uenirent:ut in
tex.noſtro facit l.obligatione generali.ff.de pigno. & hanc
differentiam ſenſit Paul.Caſtr.in l.j.in fi.prin.ff.de offi.eius
5 cui man.eſt iuriſdi. Alia & tertia eſt actio ſingularis, * quam
tamen iuriſconſul.in dicta l.pro ſocio arbiter.ſpecialē uocat.
Et iſta eſt,quæ in ſe tantum continet ſingulare ſubiectum:
quum in ea ueniat deſignanda,& ſpecificanda res per ſigna
particularia:ueluti in actione mandati,commodati,& depo-
ſiti,ac ſimilibus.de quibus mentio habetur in dicta l.pro ſo-
cio arbiter.uel poteſt poni exēplum in actione empti & uen
diti,pro re particulari, ut toto titu.de actio.emptio. His ſic
præmiſsis, diuiditur lex noſtra in duas. In prima thematis
tacitè illati deciſio: in ſecunda deciſionis illatio & effectus.
ſecunda ibi,et ideo. Patitur tres intellectus:ut in gloſ.habes.
6 *Secundus communiter recipitur, quem & ueriſsimum pu-
to,per illa uerba, Si de ſpecie de qua agis, in iudicio priori
tractatum non eſſe allegas.quæ non poſſunt accommodari
primo intellectui: nam ſi actum eſſet generaliter ſine ſpeci-
ficatione,in illo genere indifferenter omnes ſpecies fuiſſent
comprehenſæ:nec iſte Valerianus allegare,aut probare poſ-
ſet de ſpecie,de qua agere intēdit,in priori iudicio tractatum
non fuiſſe.Et ſecundum hunc intellectum hoc dicit,in ſum-
ma:Abſolutoria in actione generali lata,ad proſecuta tantū,
exceptionē rei iudicatæ efficacem parit.Caſus ſic figuratur:
7 * Maior factus xiiij. cōtra tutorem egit actione generali tu-
telæ:in proſecutione cauſæ expreſsit,tutorem male admini-
ſtraſſe

ſtraſſe tutelam in re uinaria, ut quia eius culpa, aut dolo perierant uina: ob quod petijt tutorem cōdemnari: quo tamen intentionem ſuam non probante, abſolutus fuit tutor: comperijt poſt rem iudicatam adultus, tutorē in alijs ſpeciebus (puta frumēto & oleo) malè ſe geſsiſſe: quare uolebat ad hæc malè adminiſtrata repetenda admitti. Videbatur pro ratione dubitandi dicendum, hunc adultum debere repelli: nam nouatio neceſſaria, quæ fit per ſentētiam abſolutoriam in fauorem rei, operatur, ut à prima obligatione cēſeatur receſſum, & actor denuo agens excep. rei iudicatæ repellatur: ut dixit Accur. in l. j. ſuprà eod. in gloſ. fi. uerſi. fit quoque neceſſaria. Præterea abſurdum & inciuile eſt, ut ſæpius de eiuſdem hominis admiſſo quæratur, inquit Vulp. in l. licet. ad fin. ff. nau. caupo. ſtabu. Abſonum ergo uidetur, ut ſæpius de male adminiſtrata tutela, poſtq̃ ſemel abſolutus fuit, tutor inquietetur. His & ſimilibus non obſtantibus contrarium decidunt Seuer. & Anto. Imperatores, dicentes: Licet accepto, &c. Et antequàm ueniam ad rationem decidendi, reſpōdeo contrarijs. Non obſtat ergo primum fundamentū: nam fateor competere abſoluto excep. rei iudi. uere & cum effectu, ad ea, ſuper quibus ipſa abſolutoria eſt lata: ſed ad ea, de quibus non fuit actum, competit, nulliter tamē & ſine effectu, ut hoc tex. iuncta gloſ. penul. & d. l. lucius. §. tutelæ. Paria ergo ſunt aliquid non competere, & competere, ſed ſine effectu. l. aliquando. §. j. ff. ad uelleia. addo, quia ad tollendam uel inducendam obligationem non modus, ſed effectus attendi debet. l. cum ſeruus. ff. de uerbo. obliga. Non obſtat ratio l. licet. §. fin. quia loquitur quādo unum tantū factum interceſsit: & non competebat actio ſeu accuſatio ad plura delicta: & ideo ſuper eodem admiſſo amplius quærēdum non eſt. l. ſi cui. §. j. de accu. Nos uerò loquimur quando plura facta interceſſere: & ideo abſolutoria lata in uno, non parit excep. rei iudicatæ in alio: quum facta ſint diuerſa, & ſeparatorum ſeparata debeat eſſe ratio. l. fi. ff. de calum. l. ſi maritus. la. j. C. de dona. inter uirum & uxorem, Et ſi uis ſcire, quænam dici debeant plura facta,

& diuerſa,& non unum,ad hoc ut quis pro unoquoq; teneatur:uideas tex.in l.ſi familia.ubi Docto. multa utilia dicunt. ff.de iuriſd. omnium iudi. Ratio decidēdi potuit eſſe,& qui-
8 dem notanda. * per quam edocebitur contra Paul. Caſtr.& cæteros hîc,diſpoſitionem l.noſtræ non ſolum de æquitate, ſed & de rigore iuris procedere: quia per iudicium quod litis conteſtatione fit,quaſi cōtrahitur.l.iij.§.idem ſcribit.ff.de peculio.In iſto quaſi contractu inſpicitur potius,quid ſenſerit actor,quàm reus:per rationem iuriſcōſul. poſitam in l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de uerbo. obliga. facit text.in l.ſi quis intentione.ff.eo. Si ergo iſtud in caſu dubio procedit per illa iura,quantò fortius procedet in terminis.l.noſtræ.ubi manifeſtè conſtat de mēte actoris,qui ſpecificando certum caſum, uoluit tantummodo ſuper eo iudicium procedere,& ſortiri effectum.l.ſi ex teſtamento. ff.de excep. rei iudi.l.& an eandem.§.actiones.eod.titu.ſpecies igitur omiſſa & in iudicium non deducta,habebitur pro omiſſa,argu.l.commodiſsimè.ff. de liber. & poſthu.& l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cauſam.faciunt pro hac deciſione,quæ tradit Decius in c.qua fronte. col.ij.ad medium.extrà de appella. Non eſt ergo dicendum, quòd iudex,qui uidet certam tantum ſpeciem in iudiciū deductam,uoluerit reū ultra id,quod fuit in proſecutione comprehenſum,abſoluere.l.fi.C.de fideicom.liber. Et per hæc patet reſponſio ad dictum Paul.Caſtr. dum inquit:quòd de rigore iuris iudex benè cenſetur ſenſiſſe, de omni ſpecie, quæ ſub actione generali poterat comprehendi.Fateor tamen ipſius ſententiam procedere fortè poſſe, ubi generaliter nulla facta ſpecificatione ſecundum primum intellectum,actio tutelæ foret intentata.Nec obſtat l.ſub prętextu.la.ij.ſuprà de tranſact.quia ad eam patet reſpōſio,ex Accur.ibi,Quicquid ſit,non diſcedas à ſentētia Docto.per tex.noſtrum,& in d.l. lucius.§.tutelæ.qui præſupponunt dari exceptionē & replicationem doli;quod non eſſet neceſſarium:ſi de rigore iuris, de ſpeciebus omiſsis non cenſeretur actum. Noto primò ex
9 hoc tex.* quòd actione generali tutelæ intentata per ſententiam

tiam abſolutoriam,ipſo iure actio ipſa nõ extinguit, ſed ope
excep.iſtudq́ in quacunque actione generale eſt:ut patet ex
rubri.cum nigro. ff.de exceptione rei iudicatæ. Et eſt anno-
tandum, magnam eſſe differentiam, * an remedium aliquod 10
ipſo iure competat,uel ope exceptionis:quia ſi cõpetat ipſo
iure,etiam quòd nõ opponatur, non præiudicat:ſecus ſi ope
exceptionis,ut eſt theorica Bartol.in l.eum qui ita.§.qui ita.
uerſicu. moueo tibi unum dubium. ff.de uerborum obliga.
tradit Areti.in §.omnis ſtipulatio.colum.ij.Inſtit.de uerbo.
oblig.refert,& ſequitur Decius.in l.j.colum.ij.ſuprà de pact.
Noto ſecundò, quòd contra iſtam exceptionem rei iudica.
obſtat replicatio doli,quantum ad ea, quæ in iudicio nõ fue-
runt ſpecificata.concor.tex.quem perpetuò notabis,in dicta
l.lucius.§.tutelæ. ff.de admini.tuto.ex quo puto deciſionem
huius text.ſumptam fuiſſe. Iſtud notabile pulchrè limitant
Alexan.& Iaſo.hic diuerſis modis. Dic ut per eos.in tex.ibi,
Iudice accepto. Quonam pacto hæc uerba intelligi debeant,
ne prolixius inſiſtamus,uide per Iaſ.qui ſuccinctè,& elegan-
ter exponit.Item ibi, Si rurſum.* Aduertendũ eſt uideri tex. 11
contra communem Docto. ſententiam in l.edita. in materia
emẽdationis libelli.ſuprà de edẽ. quòd in generalibus actio-
nibus poſt litem cõteſtatam non admittatur libelli emenda-
tio in non deductis:ſed alia interpellatione opus ſit.Iſtud an-
nuit dictio,rurſum ; cuius natura eſt, ut in duabus uicibus
uerificetur.l.fideicommiſ.§.ſi quis decem.ff.de legatis iij.ubi
Bartol.not.clarius iſtud probant illa uerba,In iudicio priori:
quæ præſupponunt prius iudiciũ perfectum & conſumma-
tum.ſine quibus illa uerba, Si rurſum eundem iudicem pe-
tieris:non obſtarẽt : quia poſſent intelligi,Petieris,in eodem
iudicio : addendo, libello iam porrecto:& ſic in duobus acti-
bus ſeparatis uerificarentur. Quicquid ſit, deciſio commu-
nis uera in ſe eſt: quòd poſt litem conteſtatam admittatur
emendatio, ut uno ore, in dicta l.edita. concludunt Docto.
Nec obſtat hic tex. quia eſt extra terminos quæſtio.noſtræ:
ut etiam aduerterũt ibi moder. noſtri præceptores:ipſi enim

loquuntur poſt litem conteſtatam, & ante concluſionem in cauſa, ſeu ſententiam, nos autem in hac l.& poſt litem conteſtatam,& poſt finitum iudicium per ſententiam: quo caſu fatuum eſſet dicere,quòd admittatur emendatio; ut per eoſdem ibi, per hunc noſtrum tex. Verum tamen eſt, quòd lex nullo pacto poteſt probare communem, niſi in iſtis uerbis, ſi de ſpecie, de qua agis, in iudicio priori tractatum non eſſe allegas:Subaudiendo,in libello porrecto, uel in emendatione facta poſt litem conteſtatam ad eum. Quæ ſubauditio quum literæ applaudat, tolerari poteſt;quinimo hunc intellectum conniuentibus oculis admittere cogimur, ut ſuo loco liquidiſsimè quandoq; parati ſumus edocere. in tex.ibi:
12 non inutiliter. Nota id,quod paſſim dici ſolet:* Duas negationes idem operari quod aſſertio,ſeu affirmatio.tex.eſt qui hoc expreſsè dicit,in l.duobus. ff.de uerborum ſignifica.ubi Bar.not.& dicit,quòd ſi ſint tres negationes,duæ affirmant, & alia eas deſtruit:& ſic remanet negatiua.per tex. quos adducit,cui adde Fely.in proœ.Decreta,col.iij.

L. À IUDICE.

1 *Iudex ordinarius quis dicatur. Et quis delegatus.*
2 *Legatorum diuerſæ ſpecies, pulchro ordine diſtinctæ.*
3 *Terminus delegare æquiuocus.*
4 *Quatuor notabilia ex tex. ſelecta.*

A iudice. Quia materia huius legis pleniſsimè in locis ordinarijs habetur:ideo leui pede pertrãſibo, ea tantum adducens, quæ pro iunioribus facere uidebuntur. Præmitto ergo pro terminorum intelligentia,quia uerba ſumus facturi de ordinarijs iudicibus,delegatis,& legatis: qui ſint & dicantur hi. * Breuiter dico,quòd iudex ordinarius dicitur is,
1 qui à lege conſtituitur,cum poteſtate,cauſam ad ſuam iuriſdictionem pertinentem delegandi,Hæc deſcriptio probatur in l.

in l.more.ff.de iuriſdict.omn.iudic.& in l.j.in princ.infrà qui pro ſua iuriſdict. Et quod dico à lege,intellige,uiua, ut puta à principe,uel mortua,quæ æquiparantur.§.fin. in autent.de conſul.coll.iiij.l.deprecatio.ff.ad leg.rhod.de iact.de quo per Specu.in tit.de offic.ordin.§.j.in princ.& in titu.de iuriſdict. omn.iudic.§.j.in j.uerſic. Delegatus uerò dicitur,ſecundum compatriotam meum dominum Card.Hoſtien.ut refert Panorm.in rub.de offic.deleg. is cui cauſa decidenda, ſeu exequenda cõmittitur,uices alterius repręſentans, & proprium nihil habens. Probatur hæc deſcriptio, ſeu diffinitio in l.j.§. qui mandatam.& in l.& ſi prætor.& in l.fi. ff.de offi. eius cui mand.eſt iuriſdict.quam diffinitionem,etſi aliqui in rub.eod. tit.ſubuertere conentur:eam tamen & bene ſuſtẽtat Decius in d.rub.col.fi.de offic.deleg.Horumq́ꝫ delegatorum principalis eſt diuiſio:quòd aliqui à principe conſtituuntur delegati: alij uerò ab inferioribus à principe,ut hoc noſtro text.& in d.l.j.infrà qui pro ſua iuriſdict.Legati uerò,* quantum ad ius ciuile attinet,in duplici comperiuntur differentia: alius enim eſt legatus largè, qui mittitur à principe, ſeu à ciuitate, ad alios principes uel ciuitates,perſonam mittentis, præſertim in proferendo,repręſentans. Et tales uulgò appellamus ambaſiatores,Latini uerò oratores dicũt.Hinc poeta, Centũ oratores uenerant ab urbe Latina. De his legatis uarijs in locis apud iuriſconſul.mentio fit:principaliter in titul.de legationibus.& in l.ij.§.legatis.& in alijs pluribus legibus illius tit.ff.de iudic.Et hos,quum ſancti dicantur, nullo pacto pulſare,aut uiolare licet.l.ſanctum.ff.de rerum diui. l.fin.de legatio.Alius & ſtrictè,in iure ciuili dicitur legatus proconſulis: de quo in rubr. & nigro. ff.& c. de offic.proconſ.& legati.& de iſto uerba faciunt Accur.& docto.hic. De iure autem canonico principaliter quoque legati in duo ſcinduntur genera.Aliqui enim ſimiles ſunt his, de quibus ſuprà primo mem bro diximus: & iſtos iura canonica miſſos ſolent appellare. cap.conſtitutio.ibi,miſſorum noſtrorum.lxiij.diſtinct.Curia uerò Romana nuncios uocitare conſueuit; quod nomen &

iuri,& etymologiæ conueniens eſt. Congruentius tamē eos legatos ſimpliciter appellari cenſerem:ut quia honeſtius nomen legati,quàm nūcij ſit.& de his meminit generaliter Gratianus in cap.iuſgentium.prima diſtinct.Alij dicuntur legati,Iudices ordinarij,quos Papa facit in prouincijs:& iſti ſunt in triplici differētia. Alij enim dicuntur legati de latere ſanctiſsimi domini noſtri: quibus tum ob dignitatē galeri,tum ob perſonæ induſtriam, prouinciarum adminiſtrationes, laxatis habenis,creduntur. & de his paſsim in tit.de offic.legati,mentio habetur: præſertim in c.j.ulti. reſponſo. eod.tit.in ſexto,hicq; proconſulibus æquiparantur.c.ij.eod.tit.Et inter cætera priuilegia, quæ iſtis reuerendiſs. dominis Cardin. competere,uarijs locis tradunt doct. noſtri. Annotandum eſt unum,quod Cardinalis ſi occurrat alicui, qui ducatur ad locum ſupplicij,ut ibi morti tradatur, poteſt talem à maioribus familiæ eripere, imponendo galerum in caput eius. Iſta fuit elegans deciſio Bald.quam refert,& ita dicit de facto ſeruari Paul.Caſtr.in l.addictos.in princ.infrà de appella. Non dedignentur igitur reuerendiſs. domini mei, tanto priuilegio condonati,qui nolle debēt mortem peccatoris: miſeros, quos non dolo malo,ſed leuitate,aut incōſulto calore aliquid perpetraſſe conſtat, à mortis cruciatu liberos reddere. Aliquos,& loco ſecundo dicimus legatos natos: qui ratione dignitatis ubi primum archiepiſcopatū adepti ſunt, in eorum prouincia ipſo iure legati efficiuntur. ſecundum Panorm.in c.j.col.ij.in j.notab.de offi.leg. ubi dicitur de Archiepiſcopo Cantuarienſi.Facit text.in c.j. qui loquitur de Archiepiſcopo Eboracenenſi,extrà de appel.ubi Decius.iij.not.Alij postremò ſunt legati,nec de latere,nec nati, ſed qui tertiam ſpeciem de per ſe faciunt:quos Specul.in tit.de legato. §.ſequitur uidere. conſtitutos nuncupat, dicens eos minores fore: de quibus in c.uolentes.eod.ti.Et de poteſtate omnium iſtorum legatorum circa abſolutionem ab excommunicatione, præſertim ob iniectionem manuum in clericum, uide text. & ibi not.in c.pen.eo.tit.de offic.leg. Et de poteſtate eorum

in con

in conferendis beneficijs. pulchrè in c.j.eodem tit.lib.vj.per Spec.in d.tit.§.nunc tractemus. Secundò habes præmittere, *quòd terminus delegare, & delegatus, eſt æquiuocus: & 3
adaptatur ad multa:propriè tamē delegare eſt uice ſua alium dare reum creditori, uel cui iuſſerit.l.delegare.ff.de nouat.& toto titul.Impropriè uerò accipitur in materia noſtra:quando quis habet iudicandi autoritatem,& illam alteri committit.ſecundum Decium in rub.extrà de offic.delega.col.fin.in princ.per text.in l.præcipimus.infrà de appell. quod intellige ſecundum deciſionem text.in d.l.j.infrà qui pro ſua iuriſdict.Improprijſsimè uerò ſumi poteſt delegare, pro omni eo quod in alterius locum ſubrogatur. exemplum in.§.fuerat. Inſtit.de acti.ubi una actio loco alterius ponitur: & ſic delegatur,ex generalitate huius locutionis. Nam & doctorem delegatum in ſcholis appellamus, qui alterius iure legendi munere fungatur. Noto primò ex hoc text.*regulam indu- 4
bitabilē:quòd iudex ordinarius poteſt delegare,dum in primis uerbis præſupponitur,delegatū à iudice datum. De hoc iura ſunt clara, in rubr. & nigro.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict.in l.more.cum ſequen.ff.de iuriſdict.om.iudic.& in d.l.j.qui pro ſua iuriſdict. Noto ſecundò,quòd delegatus ab ordinario non poteſt ſubdelegare. Concordan. habes hîc in 5
ij.gloſ.quod amplia,& limita,ut per Alex.& Iaſ.hîc copioſiſſimè. Tertiò nota,quòd delegatus non dicitur fungi iuriſdictione ſua,quum de cauſa ſibi mādata cognoſcit: ſed delegantis.Hoc uult Imper.in illis uerbis;Cùm ipſe iudiciario munere fungatur. concor.tex.quos ſuprà adduxi,in l.j.§.qui mandatam.& in l.& ſi prætor.ff.de offic.eius.& in l.ſolet.ſecundo reſponſ.ff.de iuriſdict.omn.iudic. Noto quartò,quòd delegatus à principe poteſt alium ſui loco ſubdelegare.Text.habes ſimilem in d.l.j.in fin.infrà qui pro ſua iuriſdict. concor.text. in c.paſtoralis.in c.fin.in princip.extrà.de offic.deleg.& in c. cùm cauſam.ad fin.extrà de appella.Cætera dic,ut per ſcrib. hîc: & latius per Decium qui propriā huius legis materiam commentari uidetur.in c.ſi pro debilitate,de offic.deleg.

l.placuit.

1 *Aequitas duobus modis dicitur. Et eius deſcriptio.*
2 *Rigor tribus modis in iure accipitur. Et quomodo in l. noſtra.*
3 *Ius quid ſit. Et eius ſpecies.*
4 *Diſpenſatio, quęnam dici mereatur. Et de eius materia, remiſſiuè.*
5 *Aequitas ſcripta pręfertur rigori ſcripto. Ampliatur quatuor modis.*
6 *Aequitas non ſcripta pręferri debet rigori, etiam non ſcripto.*
7 *Intellectus ad l. quod ſi Epheſi. §. fin. ff. de eo quod certo loco.*
8 *Rigor ſcriptus pręfertur ęquitati non ſcriptę.*
9 *Rigor ſcriptus in ſpecie, an & quando ęquitati ſcriptę in genere anteponatur.*
10 *Rigor ultimo loco ſcriptus, an proferatur ęquitati priori loco ſcriptę, quod non. Aduerſus Alex. & Iaſ.*
11 *In arbitrarijs attendit iudex, quod uult: uel rigorem, uel ęquitatem.*
12 *Rigor iuris ciuilis, in pleriſq; caſibus de ęquitate canonica ceſſat.*
13 *Limitatio ad gloſ. in autent. ut ſine prohib. matr. debit. in princ.*

Placuit. Tractaturis nobis difficilem æquitatis, rigoriſq; materiam, neceſſariò ſciendum eſt, habere nos quatuor terminos differẽtes: * æquitatem ſcilicet, Rigorem, Ius, & Diſpenſationem. Et
1 in primis reperio, æquitatẽ duobus modis dici:* primò quo ad deum: ſecundò quo ad homines. Quæ ad deum refertur, ita à Hieronym. in Cantica canticorum deſcribitur: Aequitas eſt, quæ mandata cuſtodit, & diligit CHRISTVM: quod utinam rectè adimpleamus, & de hac uerba non ſumus facturi. Quæ uerò ad homines refertur, hoc modo ab Accurſ. hic diffinitur: Aequitas eſt rerum conuenientia, quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat. Et reperio apud quendam moder. Alenconien. plenius à Polycrato lib. iiij. cap. ij. diffiniri: inquit ille: Aequitas eſt rerum conuenientia, quæ cuncta æquiparat ratione: & in paribus rebus, paria iura deſiderat: in omnes æqualis, unicuiq; tribuens quod eſt ſuum. Aliter diffinit Panorm. in c. fin. in uerſic. ſed quæro. extrà de tranſact. & de hac loquimur nos. Rigor uerò tribus modis accipi

*accipi poteſt: primò, pro ſtrictò ordine iuris: ſecũdò, pro qua- 2
dam iuris auſteritate: tertiò, pro quadam ſubtilitate iuris: ut edocet Panorm. in c. ſuper literis. iiij. not. extrà de reſcrip. & in c. ſi clericus laicum. col. ij. de foro comp. Quantum ad propoſitum attinet, credo rigorẽ accipi in duobus primis ſignificatis: non tamen exemplificando prout facit Panor. ſed hoc modo: Pone exemplum clarum in uſucapione: certè eſt ea auſtera, & de ſtricto iuris ordine, ut quis amittat ſuum, & cùm aliena iactura aliquis locupletetur. l. nã hoc natura. ff. de condict. indeb. & tamen ſtatutum fuit, ut per ſpatium temporis, dominio rei ſuæ quis priuetur: adhibita diſtinctione, de qua in princ. Inſtit. de uſucap. cum concord. Tertium membrum, materiæ noſtræ non quadrat: ut quia illa pernicioſa & irrationabilis iuris ſubtilitas omnino non ſit admittenda. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de uerb. oblig. de qua ſubtilitate, quando ſit digna, ut admittatur, uel repellatur, uide per docto. in c. dilecti, maximè per Panorm. col. iiij. de iudic. & per dominum meum Ripam nouiſsimè, in rubr. col. j. ff. ad trebellia. Et aduerte, quòd rigor iſte non appellatur ius, ſed iuris exceſſus. gloſ. ubi Archid. not. in ca. ut conſtitueretur. l. diſtinguit: quod tamen intellige, ut infrà in ſecunda cõcluſione declarabimus.
Tertiò habemus ius * quod ante æquitatem & rigorem pro- 3
ditũ eſt: ut quia in eo de æquitate, rigoreq; tractetur. Iſtudq; à Celſo diffinitur (ut refert Vlpian. in l. j. ff. de iuſtit. & iur.) quòd eſt ars boni & æqui, &c. id quoque medium inter cætera fore, aſſerit gloſ. in d. cap. ut conſtitueretur. Et eſt iſtud ius multiplex: Aliud bonum & æquum ſimul: aliud bonum & non æquum: eſt & æquum & non bonum: quartum æquo æquius, quod proſequere ut per Accurſ. in l. j. in uerſ.
ius eſt. ff. de iuſtit. & iur. Quarto extat diſpenſatio,* quæ fuit 4
introducta contra ius, quum ſit iuris relaxatio, & hæc niſi cauſa urgente, concedi non debet: alioquin diſsipatio dici meretur. gloſ. in d. c. ut conſtitueretur. ad finem. Panorm. in c. cum nobis. colum. ij. not. x. de electiõ. de qua diſpenſatione loquitur text. in cap. requiritis. §. niſi rigor (ubi gloſ. not.)

j.q.vij. latiſsimè Specul.in titul.de diſpenſatione.per totum. ponit Decius poſt alios notatu digna; in capit.at ſi clerici.§. de adulterijs.extrà de iudic.& talis diſpenſatio,quum contra iuris diſpoſitionem ueniat, dicitur ſtricti iuris & odioſa. c.j. §.fin.de filijs presbyter.lib.ſexto. His ſic præmiſsis uenio ad propriam materiam legis noſtræ : quæ non diuiditur, quum unico cõtextu legatur. Summatur hoc modo ſecundum Salice.Alexand.& Iaſo. Aequitas præfertur rigori. Bald. uerò & Paul.Caſtren.ita ſummant: Aequitas ſcripta præfertur rigori ſcripto.Et iſtud ſummarium tutius puto, & magis literæ conueniens.Aliud uerò nimis generale eſt: ut quia ſit dare caſus, in quibus æquitas rigori non præferatur ; ut infrà demonſtrabimus ; & lex noſtra, quæ de æquitate, rigoreq́ ſcriptis loquitur,illud non admittit. Saluari poſſunt,ut intellexerint,æquitas præfertur rigori ; ſcilicet,in paribus terminis:& hoc modo procedet ſummarium. Aliter ſummat Bartol.qui in hac lege nihil dicit,ſed ſe remittit ad dicta per eum: ubi etiam alij docto.plenius tractant,in l.j.ſuprà de legib.cuius ſummarium, ita ut ſonat intellectum, non recipio ; dicemus ſtatim in prima concluſione. Caſus poteſt figurari tot modis, quot exemplis utitur Accurſ. in gloſ. in omnibus. Vel duobus modis principalioribus, ſecundum duos intellectus Accur.in gloſ.j.tene primum,qui & hîc,& in d.l.j.cõmuniter recipitur ; & ſecundum eum pone caſum per te. Ex text.gloſsis & doctrina ſcriben.hîc,& in d.l.j.ſuprà de legib. & in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de uerb.obligatio.Decij in l.in omnibus quidem.ff.de reg.iur. Canoniſtarum in c.ex parte. il.ſecundo,extrà de offic.delega.& latius in c. fin.de tranſact. Breuiter colligo ſequentes concluſiones. Prima igitur erit

5 cõcluſio:*Aequitas ſcripta præfertur rigori ſcripto. Fundamentum huius concluſionis, nullibi in iure ita clarè percipitur,ſicuti in hoc text.& ultrà concord. adductos per Accur. adde duos, qui clarius probant,in l. ſi tibi. & in l. ſi & me & titium. ff. ſi certum petatur. ubi ſcriptus erat rigor , ſcripta quoque fuit ęquitas,quæ attendi debet.ad idem alius bonus text.

text.in l.ſi fundus.§.ſi pluris.ff.de pignor. Nec obſtaret ſi diceres,tex.noſtrum non probare expreſſe rigorem ſcriptum: ſicut æquitatem ſub illis uerbis, quam ſtricti iuris rationem: ut uelle uidetur Bart. dum ſummat:æquitas ſcripta præfertur rigori: quia reſpondeo, quòd ius ſcriptum nil aliud eſt, quàm rigor iuris:qui dicitur deciſio quædam,quæ fit ſecundum regulas iuris ſcriptas, ſecundum doctrinam ipſius Bar. in d.l.j.ad fin.ſuprà de legibus. Præterea quum rigor non eſt ſcriptus in iure,non poteſt dici rigor iuris: ſed dici debet rigor ſimpliciter:quum priuatio præſupponat habitum.§.ſeruus.inſtit.de capi.dimi.cum concord.& non entis nullæ ſint qualitates.l.eius qui in prouincia.uerſ.quoniam nō poſſunt. ff.ſi certum pet.quum ergo text.dicat ſtricti iuris, debemus intelligere de ſcripto. Aduertendum quoq; eſt ad unum:nam Accur.exemplificat tex.noſtrum,per l.ſi ſeruum.§.ſequitur. ff.de uerb.oblig.quod uidetur contra ea,quæ dixi in euidentialibus,dum de rigore tractaui. Puto pro reſolutione ita dici debere. Aut ſumus in terminis, in quibus æquitas uenit præponenda rigori: & tunc fateor, appellatione ſtricti iuris uenire illam pernicioſam & irrationabilem ſubtilitatem, ut quia agatur de odio excludendo: & ita procedat §.ſequitur. Aut ſumus in terminis, in quibus rigor anteponitur æquitati: & tunc dico,quòd ſub rigore iuris non comprehenditur illa pernicioſa & irrationabilis ſubtilitas, ut quia ageretur de infeſtiſsimo odio admittendo.arg. text.in l.cum quidam.ff.de liber. & poſthum. quod enim ratione caret, extirpandum eſt. cap.corepiſcopi. lxviij.diſtinct. nec obſtat text. in l.proſpexit.in princip. ff.qui & à quibus manumiſs. liber. non fiunt.ibi, Quod quidem perquàm durum eſt: ſed ita lex ſcripta eſt, quia illa uerba talem recipiunt ſenſum: Perquàm durum eſt: id eſt, ab æquitatis ratione deuium: non autem pernicioſum, & irrationabile: quia non ſine aliqua ratione ita ibi ſtatutum fuit.cap.erit autem lex. iiij. diſtinct. & dicemus infrà,in tertia concluſione.cogita tamen ſuper his: quia nullibi à doct.tanguntur. Ampliatur nunc iſta concluſio per

Accurſ.ut generaliter procedat in omnibus cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus: & tam publicis, quàm priuatis: propter ea uerba, In omnibus rebus. Et ideo extendit Iaſon poſt cæteros,ut procedat etiam in contractibus.per l. ij. ubi Bald.not.infrà de reſcindend.uendition.melius dixiſſent doctores in diſtractibus,quantum ad illum textum attinet, attenta diſpoſitione legis, & natura tituli ſub qua eſt ſituata: quum ibi de diſtrahendo, non de contrahendo agatur. arg.l. imperator. ff. de in diem adiectio.non tamen,quin in contractibus concluſio procedat,negandum eſt: quum id toto iure ciuili ita ſe habeat, ut uerbis Pompon. utar in l. alienatio. ff.de contrahend.emptione. Ampliatur tertiò, ut etiam procedat in ultimis uoluntatibus: quum de contractibus ad ultimas uoluntates ex identitate rationis liceat argumentari.l.ſeruum filij.§.eum qui chirographum. ff.de leg.primo. gloſ.fin.inſtit.de lege fuſia cani.tollen.& ne eamus per arguta, eſt caſus rotundus in l. cum auus. ff. de condition. & demonſtration.& in l. cum acutiſsimi.c.de fideicommiſs. Amplio & quartò, ut concluſio noſtra procedat generaliſsimè, in pactis, ſtatutis, reſcriptis, priuilegijs, & ſi quæ ſint ſimilia, ut in eis æquitas attendatur. Hoc mihi probat iſte text. in illa dictione, omnibus: quæ eſt generalis, nihil penitus excludens. l. hoc articulo. ff. de hæredi.inſtituend. capitul.ſi Romanorum. xix. diſtinct. ſuadeturq́ iſtud ex ea dictione, rebus: quæ adeò eſt generalis, ut etiam perſonas comprehendat. l. omnia. §. fin. ff. de legatis ſecundo. notat Decius in cap.ij.in princip.extra de conſtitutionib. Secunda ſit con-

6 cluſio: * Aequitas in iure non ſcripta, præferri debet rigori, etiam non ſcripto. Fundatur hæc concluſio per textum in l. ſecunda. §. item uarrus. ff. de aqua pluuia arcen. ibi, Hæc æquitas ſuggerit, etiam ſi iure ſtricto deficiamus. Suggeri enim dicitur, quod ſcriptum non eſt, ut notat Accurſ. in l. ij. in prima gloſ. c. de legi. ad idem text. in cap.fin.de tranſactionib.ibi, In his uerò ſuper quibus ius non inuenitur expreſſum, procedas æquitate ſeruata, ſemper in humaniorem partem

partem declinãdo. Nec obſtaret, ſi diceres, quòd ille tex. non loquitur de rigore iuris, ſed de iure ſimpliciter: eò quia rigor non ſit ius, ſed iuris exceſſus, ut diximus in euidentialibus: quia reſpondeo ius ibi aſſumi pro rigore ipſo iuris, ut ſubiecta materia demonſtrat, ut eſt tex. clarus in l.j. ſuprà de legi. & in d.l. ſi ſeruum. §. ſequitur. iuncta gloſ. de uerborum obli. Declarat pulchre Panor. in d.c. fi. uerſi. & ſcias quòd quandoq;: & hanc concluſionem firmat ibi Bernar. in glo. æquitate. Sequuntur communiter Docto. in d.l.j. de legi. Ad idem adduci ſolet text. in l. quod ſi Epheſi. §. fi. ff. de eo quod cer. loco.* intelligendo tamen eum tex. prout facit Decius, contra Panor. & communem. in c. ex parte. il. ij. colum. j. de offic. delega. quòd non loquatur de æquitate informata à iure, ſed de æquitate ſimplici. Quam Decij ſententiam ego ſequor: quia ſi intellexerimus ibi de æquitate informata, id eſt, quæ accipiat formam & declarationem limitatam à iure, erit illa æquitas in iure ſcripta, à qua iudici non liceret recedere, per l. noſtram: cuius cõtrarium præſupponit ille tex. in ea dictione, quoque, quæ de ſui natura eſt implicatiua, ut inquit Bart. per illum tex. in l. labeo. ff. de pactis. Iaſo. in l. ſi arrogator. colum. iiij. ff. de adoptio. nec obſt. uerbum debet ibi poſitum, quod ſi materia exigat, potius honeſtatem quàm neceſſitatem importare habet, ut fuit de mente Panormita. in c. ſi uir. in fi. de adulte. Ego tamen puto dictam l. quod ſi Epheſi, ad hanc concluſionem non bene adaptari, ſtante hac declaratione, quinimo potius ad ultimam, ubi de arbitrarijs tractabimus, ut quia in terminis concluſionis noſtræ æquitas ſemper ſeruanda ſit. dicto c. fi. ad fi. ponderando ibi dictionẽ, ſemper, quæ regulariter continuum factum, & non uarietatem, ſeu interpellationem deſignat. l. j. in iij. reſponſo. ff. de flumini. ponit Bartol. in l. j. colum. v. ff. ſoluto matrimo. Ratio fundamentalis harum duarum concluſionum ſtat in hoc potiſſimum, quia in caſibus dubijs, prout in iſtis, benigniorem ſententiã aſſumere debemus. uulg. l. arrianus. ff. de uerborum obligatio. l. ſemper in dubijs. cum concord. adductis ibi per

8 Decium. ff.de regulis iur. ¶ Tertia ſit concluſio: * Rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ. l. proſpexit. in princip. ff. qui & à quibus manumiſ. ibi, Quod quidem perquàm durum, &c. l. j. ſecundum primum intellectum, cum concordan. adductis per Accur. C. de legi. facit tex. in c. ij. vj. quæſtio. iij. ¶ Ratio fundamentalis huius concluſionis eſt, quam ſuprà tetigimus in prima cōcluſione: quia expreſſum facit ceſſare tacitum. l. cum ex filio. §. filio impuberi. ff. de uulga. & pupilla. & dato quod iſte rigor ſcriptus uideatur forſitan abſurdus: attamen non eſt ſine ratione & cauſa ſcriptus. cap. erit autem lex. iiij. diſtin. non enim eſſet recipiendum quod omnino ratione careret. cap. corepiſcopi. lxviij. diſtinctio. cap. peruenit. de cenſibus. facit l. dotem. ff. ſoluto matri. quod ergo legum conditoribus placuit, obſeruandum eſt. l. leges. la. j. C. de legi. §. ſed quod principi. inſti. de iure natu. &c. Et in hac concluſione, quum paſsim recipiatur, prolixius non inſiſto. ¶ Quar-
9 tam formo concluſionem: * Rigor ſcriptus in ſpecie, antepo-ni debet æquitati ſcriptæ in genere. Fundamentum huius concluſionis ſumi poteſt ex infinitis iuribus, ſed nullibi ita clarè, ut in l. j. ff. de uſucap. nam ibi rigor iuris in ſpecie, ob cauſas in ea lege adductas, ſcriptus eſt. Aequitas quoq; generalis, in l. nam hoc natura. ff. de condictione indebi. ſcripta fuit: ne quis ſcilicet cum iactura aliena lucrum captet: & tamen, inquit Bartol. in dicta l. j. ea æquitas generaliter propoſita cedet rigori in ſpecie ſcripto. ſequitur Iaſo. in dicta l. nam hoc natura. quam legit ſub l. naturaliter. ff. de cōdictio. inde. approbantq; iſtud ſcrib. hîc, & in dicta l. j. de legib. Et ſi iſtud in rigore procedit, longè fortius, & ſine dubio, locū ſibi uendicabit in æquitate in ſpecie ſcripta, ut eſt caſus notan. & ad literam, in l. nonnunquam. ff. de colla. bonorum. ¶ Ratio fundamentalis huiuſce cōcluſionis eſt: quia generi per ſpeciem derogatur. l. in toto. ff. de regulis iur. c. generi. eod. titul. libr. vj. quod enim ſpecialiter declaratur, maioris eſt potentiæ, quàm quod in genere prædicatur. l. ij. C. de ſeruo pigno. dato ma-
10 numiſ. ¶ Quinta erit concluſio: * Rigor ultimo loco ſcriptus, uenit

uenit præferendus æquitati, priori loco ſcriptæ. Fundatur hæc concluſio ex gloſ.in c.extirpandæ.§.fina.in gloſ.magna. ibi,ſed hic rigor. extrà de præben. Ratio fundamentalis uidetur,quia ultima prioribus derogant.§.poſteriore.inſtit.de teſta.l.illud.ff.de pericu.& commo.rei uendi.& cum hac concluſione tranſeunt Alexand. & Iaſo.hic. Aduertendum eſt, quòd Decius in reg. in omnibus quidem.in fin. ff.de regulis iuris.tenet indiſtinctè, hanc concluſionem non fore ueram: quia id quod diximus, poſteriora derogare prioribus, præſertim in legibus,cap.j.de conſtit.in vj. procedit quando lex poſterior directò & expreſsè contrariatur priori:ſed in terminis noſtris rigor & æquitas non ſunt directò contraria: quia diuerſo fine & ratione æquitas temperat rigorem.Et hanc ſolutionem,licet Decius non dicat,uiſus fuit à contrario ſenſu uoluiſſe Ioan.Andreæ.in gloſ. in dicto cap.j.in uerſic. reuocare.ibi,In legibus autem contrarijs ſtamus ultimæ.& iſtud uoluit tex.ad literam,de quo miror,quòd Decius non fecerit mentionem in l.ſed & poſteriores.ff.de legibus. Præterea intelligenda eſt gloſ.ſecundum tex.quem allegat Bart.in l.non ſolum.§.ſi liberationis.ff.de liber.lega.quum ergo gloſ.in dicto cap.extirpandæ.nihil alleget pro opinione ſua,ei credendum non eſt,quum eius deciſio probabilis tantum ſit,& non neceſſaria, ut tradunt Docto. omnes in l.j.ff.ſi certum peta. comprobat etiam hanc ſententiam pulchro fundamento Decius:necnon & autoritate Panormi.Domi. de ſancto Gemi. & Fely.in dicta l.in omnibus.Et ideo cōcludo hanc noſtram aduerſus Bernar. opinionē,de iure ueriorem,& magis communem:quum plures,uel ſaltem tot eam tenuerint.Et ea dicitur magis communis,& ſyncera opinio, quæ maiori ratione,pietate,& autoritate nititur,ſecundum gloſ.notan. in c.j. de his quæ fiunt à maio.part.capi.faciunt quæ elegantiſsimè ponit Do.Vdalricus Zazius in ſcholijs, ad l.ij.in uer.innouare inſtituit. ff.de origi.iuris. Sexta & ultima ſit concluſio:
11 *In arbitrarijs omnia iudicantis arbitrio & diſcretioni com- 11
mittuntur,ut rigorem ſeruet,ſi uelit,uel nō ſeruet, ſed æquitatem.

tatem. Iſtud uoluit Do. Iaſo. hîc in ultimis uerbis, autoritate Anto. de Butr. & Bald. motus; qui tamen nil aliud adducit. Ego puto hanc concluſionem ueram, & clarè probari, in l. quod ſi Epheſi. §. fina. ff. de eo quod certo loco, inducendo illum text. & ponderando, ut feci ſuprà in ſecunda cõcluſione. Addo fortius, quia in eo titu. de arbitrarijs tractatur, & in eo præcipuè de rigore fit mentio, præſertim in l. non utiq;. §. fi. præmiſſo ergo rigore, Iuriſconſul. in dicta l. quod ſi Epheſi. §. fina. monet, & dat poteſtatem iudici, inquiens: In ſumma æquitatem quoq; ante oculos habere debet iudex, qui huic actioni addictus eſt. Ad idem text. in §. prætereà quaſdam. inſtitu. de actio. & ita puto procedere & debere intelligi tex. in autenti. iuſiurand. quod præſtatur ab his. circa medium. collatio. ij. in illis uerbis, Et omnem æquitatem ſeruabo, &c. fateor tamen & pedibus eo in ſententiam Alberi. de Roſa. in d. l. quod ſi Epheſi. ut hæc concluſio noſtra non intelligatur de æquitate cerebrina, & fantaſtica: ſed de ea quæ iuris & rationis regulis claudatur: quæ ideo æquitas ob hoc negari nõ poteſt, quin ſaltem largè capiendo, à iure informata dicatur: non tamen ita præciſè, ut arbitrati ſunt Docto. ne aliàs arbitrarium in neceſſariũ uertatur. Examinatis ſatis utiliter his concluſionibus, quæ ſubſtantiam totius materiæ continent,
12 non eſt omittendum,* quòd rigor iuris ciuilis, in pleriſq; caſibus, de iure canonico, quod ſuper æquitate fundatũ eſt, non ſeruatur: unde rigor §. j. inſtitu. ui bono. rapto. & l. ſi quis in tantam. C. unde ui. ſecundum canones non attenditur. glo. in cap. j. extrà de dolo & contuma. ſimiliter rigor l. j. ff. de eden. non obſeruatur. cap. dilecti. de iudicijs. dixi in rub. ſuprà eod. colum. j. Quinimo fortius dixit indiſtinctè gloſ. in cap. ſæpe. de reſtit. ſpolia. ſecundum canones, rigorem iuris ciuilis non ſeruari. Nec etiã rigor ipſius iuris canonici, ſi rigor dici poſſit, ſemper attenditur, ut eſt tex. cum gloſ. not. in cap. fina. de
13 ſententia excommu. Poſtremò ſciendum eſt * per has cõcluſiones reſtringendũ eſſe dictum illud ſingulare, nimis tamen generale, gloſ. in autenti. ut ſine prohi. matres debi. in princi. colla. vij.

colla.vij.ſuper uer.æſtimamus.quod habet, Ineptum eſſe, nõ fallere regulam, ſi æquitas dictet. ut intelligere debeamus illud admittendum fore, ubi aliquæ ex his concluſionibus nõ lęderentur: aliàs ſecus ne tota materia hæc, in qua tot uiri illuſtresq́; inſudauere, unico uerbo deſtruatur.

## L. PROPERANDVM.

1 *Noua totius legis, properandum, diuiſio.*
2 *Duplex inſtantiæ diffinitio cum etymologia.*
3 *Inſtantia duobus modis dici poteſt, largè & ſtrictè.*
4 *Eremodicij deſcriptio, & etymologia.*
5 *Inſtantia hæc, an de iure ciuili eſſet cognita.*
6 *Rationes dubitandi, & decidendi.*
7 *Quænam dicatur cauſa finalis: & quæ impulſiua.*
8 *Lites non debent eſſe immortales.*
9 *Cauſa inquiſitionis an debeat terminari biennio.*
10 *L. properandum, an edita fuerit ante uel poſt l. fin. infrà ut intra cer. temp. quæſt. cri. Et an attendatur ordo in legibus.*
11 *Cauſæ ciuiles, frequentiores ſunt criminalibus.*
12 *Nouus intellectus ad ea uerba: Et ſæpe ipſæ materiam criminibus, &c.*
13 *An neceſſaria fuerit ſpecificatio facta in uerſi. cenſemus.*
14 *Cauſæ fiſcales & ſimiles non clauduntur triennio.*
15 *Quid de cauſis dotalibus, eccleſiæ, & ciuitatum.*
16 *Inſtantia initium ſumit à litis conteſtatione.*
17 *Cauſæ in quibus lis non conteſtatur, quo termino claudantur.*
18 *Noua oppo. ad ultimam partem text.*
19 *Iudex habet poteſtatem in ſubditos, & ideo ei parendum eſt.*
20 *Tres pœnæ, quas incurrit nolens obedire iudici. Et ibi uide de contumacia, aliqua notatu digna.*
21 *Nõ tenetur qs iudici, iniuſta præcipiẽti, obedire: quinimo obediẽs plectitur.*
22 *Qui caſus in glo. non meruerint pro fallentialibus adduci.*
23 *Autent. qui ſemel, an corrigat l. properandum.*
24 *Quid de auten. ei qui. C. de tempo. appella.*

Properandum. Re & fama, ſatis perceIebris eſt hæc lex: continet enim mate-

riam iudicialem utiliſsimam,ſcabroſam tamen:ſine cuius cognitione,nec ad magiſtratum,nec ad patrocinium (niſi indignus) quis uocari poterit. Obiurgatum enim fuiſſe à Quinto Mutio Seruium Sulpitiũ meminiſſe debemus: quòd turpe foret patricio & nobili uiro, cauſas exoranti, ius in quo uerſaretur,ignorare:ut refert Pompon.in l.ij.ff.de orig.iur. Quare totis uiribus,ad huius l.intelligentiam nobis properandum eſt. Diuiditur tota hæc l.communi uoto ſcriben. in
1 ſex partes. * Ego autem melius in octo partes ſcindi exiſtimo. Nam in prima ponitur procemium generale.In ſecunda meta inſtantiæ cauſæ ciuilis.In tertia pœna actoris,cuius cõtumacia perit inſtantia.In quarta pœna rei, eodẽ modo contumacis.In quinta ponitur generaliter de cõdemnatione expenſarum. In ſexta mulcta iudicis, cuius negligentia uel dolo lapſa eſt inſtantia. In ſeptima quomodo puniatur patronus,cuius facto perempta eſt inſtantia. In octaua & ultima, quomodo ſubueniatur pupillis,uel adultis aduerſus tutores,curatores,uel actores:quorum facto periјt inſtantia. Secunda ibi,cenſemus.tertia ibi,& ſiquidem. quarta ibi, ſinautem reus.quinta ibi,ſiue autem alterutra.ſexta ibi, ſinautem utraq;.ſeptima ibi,illo procul dubio.ultima ibi,ſin uero cauſæ. Habita hac generali diuiſione, præmitto pro cognitione terminorum,quid ſibi uelint hi termini,Inſtantia,& Ere
2 modicium. * Diffinitionem inſtantiæ apud aliquem, quem hactenus uiderim,tactam minimè legiſſe repeto. Ego uerò ita diffinire poſſe autumo: Inſtantia eſt curſus temporis, in cauſis terminandis, à lege præfixus. Hæc diffinitio meo iudicio facilimè procedit, optimeq́; cum ſuo diffinito conuertitur: & conſtat ex genere & differentijs, argum.l. j. §. dolum.ff.de dolo. & eorum,quæ not.Barto.in l.prima.ff.de teſtam. Quatenus autem ad propriam materiam l. noſtræ attinet, ita plenius diffinio: Inſtantia eſt terminus trium annorum,in cauſis ciuilibus decidendis, à lite conteſtata computandorum: in odium negligentiæ aut doli, actoris, iudicis, aduocati, uel rei: & ob publicam utilitatem à lege in-
ductus

ductus. Probare hanc diffinitionem,ſuperuacuum foret: tu ex ipſa l.noſtra tota periculum facias. Dicitur autem inſtantia (ut arbitror) eò quia litigatores inſtare apud iudicem,& curare habeant, ut intra debitum tempus cauſa finem ſuſcipiat per diffinitiuam ſententiam; ſicut in ſimili dicimus de eo, qui inſtanter petere debet apoſtolos. c. ab eo.de appellation. libro ſexto. Et hæc quæ dixi, * ſanè intelligenda ſunt de inſtantia ſtrictè ſumpta; & ſic quæ biennio, aut triennio claudatur; non autem de inſtantia largo modo ſumpta, quam unuſquiſque actus iudiciarius recipere poteſt. Vt puta citatio habet ſuam inſtantiam: uidelicet quouſque durat terminus datus ad comparendum, ſeu quouſque fuerit comparitum: dum modò compareatur in termino. Iſtud uoluit Alexand.hîc,licet ad aliud propoſitum. colum. ij. in princi.Eremodicium uerò ita deſcribitur: * Eſt iudicium deſertum. Etymologizatur autem ab eremo,hoc eſt,deſerto, ut dixit Accurſi.in l.& ſi ſine. §.finali. ff. de minori.& in l.noſtra. §.ſinautem reus. Sciendum tamen eſt in codicibus noſtris barbarè legi hermodicium cum aſpiratione:Latini autem (ut inquit Calepinus) ermodicium ſine aſpiratione proferunt. Eremus enim (unde eremita, & eremitanus dicuntur) locum deſertum & ſolitarium ſignificat. Moderni noſtri Latinioris linguæ peritiores, ueriorem tradunt pronuntiationem: Inquit illuſtris doctor Gallus, Guilielmus Budæus,in Pandectas, hanc dictionem barbaram Latinè dici debere Eremodicium:quod Diogenes ſeparatim,eremin dichin appellat, quodq; Latinè uerſum,deſertā cauſam denotat.Præceptor quoque meus obſeruandiſsimus Andr. Alciatus,lib.iiij.in titu.de uerb. ſignifi.hunc locum annotauit,textusq; noſtros reſtituit:Inquit ille:Eremodicium Iuriſconſ. appellauit,quoties in iudicijs abſente altera parte ius dicitur:unde qui facilè & citra contradicentē uictoria potiūtur,Eremodicio potiores dici poſſunt.Ex Accur.in gl.§.ſinautem reus. ego ita deſcribo: Eremodicium dicitur,quoties deſeritur iudicium; ut ex eo diffinitiuè poſsit pronuntiari.

3 (margin, beside "ſanè intelligenda")
4 (margin, beside "Eſt")

quod tamen intellige,ut declarat Paul. Caſt.in §.& ſiquidē.
& §.ſinautem reus. circa prin. Aduertendum eſt,ꝙ Accur.
in d.l.& ſi ſine.§.ſi.de minor.uidetur uelle,quòd eremodiciū
etiam contrahatur,quando nō deuenitur ad aliquam ſenten-
tiam,ſed triennium totum cucurrit.ex quo (ſi uerum ſit) in-
ferri poteſt,dominum meum nō perfectè deſcripſiſſe eremo-
dicium,quum iſte caſus in ſua deſcriptione non comprehen-
datur.Ego,exemplo Caſsij, magiſtri mei ſententiam, diſtin-
guendo defendo:aut uolumus accipere eremodicium largè
ab etymo,ut quia cauſam ſeu iudicium deſertum denotet:&
tunc dico utroqꝫ caſu eremodicium dici poſſe:aut loquimur
propriè in terminis §.& ſiquidem.& §.ſinautē reus.quando
iam prope finem triennij deuentū eſt: & hoc caſu quum uerè
dicatur contrahi eremodicium. d. §. ſinautem reus.in princ.
procedat deſcriptio domini mei,& ea quam ex Accur.tradi-
di:quod tamen prudentiſsimo iudicio tuo Præceptor colen-
diſsime,totum ſubmitto:ut tu qui hæc longè melius noſti,&
tuā & diſcipuli tui,ſi aliquis oblatret, cauſam ſuſcipias. Re-
5 ſtat uidere,* an de iure digeſtorū,cognita eſſet hæc inſtantia.
Ad quod breuibus reſpondeo in Pandectis apud Iuriſconſ.
terminum hunc Inſtantia,non reperiri: ſed eius effectum ſic.
Legimus enim cauſas ipſas,intra aliquod tempus concluſas
fuiſſe,attamen de quantitate temporis expreſsim nō compe-
rimus,ut ait hic Pau.Caſtr.in primis uerbis.de hoc ſunt tex.
in l.ſed & ſi per prætorem.§.ait prętor.ff.ex quibus cau.ma-
ior.& clarius in l.arbitrio.§.dolo cuius. ff. de dolo. De iure
autem codicis inſtantia certam originem ſibi uendicauit.l.ſi.
C.ut intra cer.tem.quæſt.crimi.& hac l.noſtra. His præmiſ-
ſis,deuenio ad princ.legis noſtræ: quod,retenta in hoc diui-
ſione cōmuni,legam uſqꝫ ad §.& ſiquidem. Diuiditur iſtud
princ.per Bart.in quinqꝫ partes,ut hic per eum. Solus Iaſ.in-
ſurgit aduerſus diuiſionē,dum in quarta parte dicitur: quòd
repilogat præcedentia.& bene,meo iudicio:ut ex eius dictis
& textu facilimè percipi poteſt: diuerſa enim res eſt cauſa
ipſa,& perſona,coram qua ea agitatur.Ego in tres partes di-
uidere

uidere melius fore arbitror. In prima procemium: in ſecũda, quæ eſt ibi,cenſemus,conſtitutio:in tertia ibi, hoc enim,conſtitutionis ratio & effectus.Nec admitto in illis uerbis, exceptis,&c.fieri partem:quũ per parentheſim legi debeant: minusq́ in eo uerſi. ſed omnes, quũ conſecutiue ad præcedentia ueniat, & idem uerborum contextus ſcindi non debeat. arg.l.continuus.in princ.ff.de uerb.oblig. Summaria docto. totam literam nõ complectuntur:ob quod ita ſummo: Quęcunq; ciuiles cauſæ, apud quoſcunq; iudices, & ubiq; locorum,triennio à lite conteſtata,claudi debẽt:cauſis fiſcalibus, & publicarum functionum exceptis. Ratio dubitandi non ſatis cõmodè aſsignari poſſe uidetur.* Nam in his,in quibus 6
legislator procedit diſponendo,& quæ ſunt iuris poſitiui,nõ poteſt certa aſsignari ratio,quare ita,& nõ ita ſancitum fuerit,ut dixit Accur.in l.j. §. pueritiam.in glo.ratus.ff.de poſtulan.ubi ponit exemplũ in uſucapione. Addo facere, quia nemo dicere poteſt imperatori, Cur ita facis? quum ſola uoluntas principis cenſeatur iuſta cauſa aliquid faciendi.glo.in l.relegati.ff.de pœnis.in fin.Bal.in præludijs feudo.col.ix.in his dico,quæ ſunt iuris poſitiui: non autẽ naturalis,aut gentium:de quo per Bar.in proœ.Digeſtorũ.in prin.latius examinat Iaſ.in l.quominus.in tertio not. ff.de flumi. Ne tamen ita illotis manibus pertrãſeamus,ratio dubitandi potuit eſſe iſta:uidebatur enim dicendũ,quòd cauſæ ciuiles minori tempore claudi deberent,quàm criminales.Nam habeo tex.in l. fi.ff.de ferijs. qui uult maiores dilationes dari in cauſis criminalibus, quàm in pecuniarijs. Ergo uidebatur in l.noſtra pari modo dicendum : ut ſi cauſæ criminales concluſæ ſunt biennio, cauſæ ciuiles debuiſſent terminari anno, uel ſaltem pari tempore. Quod probo optimo argumento: nam diſpoſitum in quaſi inſtantia,ſeu inſtantia largo modo ſumpta, ut eſt ea,quam unuſquiſq; actus iudiciariũs (puta citatio,uel dilatio ad probandum) recipit,de qua ſuprà in euidentialibus dixi,deberet extẽdi ad inſtantiam ſimpliciter, & ſtrictè ſumptã,quæ interponitur ſuper tota cauſa ; procedit enim argu-

mentatio à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. l. qui pene. ff. de manumiſsio. Probatur quoque iſtud ratione: nam ubi maius eſt periculum, cautius ibi eſt agendum. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de carbo. edicto. qua ratione uidetur concludendum, breuius tempus dari debuiſſe in ſopienda cauſa ciuili: quum in ea minimum, reſpectu cauſæ capitalis, periculum uerſetur. His uel ſimilibus non obſtantibus, contrarium firmat Imperator. Et ratio decidendi fuit: quia cauſæ ciuiles frequentiores ſunt, ut dicit tex. & ſuo loco uidebimus. Et ideo quum ob multitudinem non poſsint ita repente terminari, fuit maius tempus in ipſis decidendis, quàm in criminalibus præfixũ. Et ꝙ cauſæ criminales citius terminari debeant, nõ fuit abſq; immodica ratione inductũ: quia utplurimum (niſi aliquo ſpeciali caſu) quis ex uinculis in cauſa criminali, cauſam dicit: ut experientia docet. Et eſt tex. in l. j. ff. de cuſt. reo. & in l. j. C. eo. Carcer uerò non ad pœnam & uindictã, ſed ad cuſtodiam inuentus eſt. l. aut facta. §. ſolent. ff. de pœnis. l. incredibile. C. eod. præterea carcer dicitur mala manſio. glo. in uerbo tormentis. in clem. j. de hæretic. & quod grauius eſt, carcer dicitur ſpecies quędam ſeruitutis. arg. §. libertos. inſt. de iure perſo. l. ij. ff. de libe. homi. exhi. Et ideo de his quos tenet carcer incluſos, id aperta diffinitione ſancitum eſt, ut aut conuictos uelox pœna ſubducat: aut liberandos cuſtodia diuturna nõ maceret, inquiunt imperatores Gratian. & Valent. in l. fin. C. de cuſto. reorũ. Pro quo facit, quia ſi cauſa ciuilis iam ſit incepta inter aliquos, & ſuperueniat criminalis, ea prius, quàm ciuilis eſt terminanda. l. fin. infrà de ordi. cog. Non obſtant ea quę pro ratione dubitandi adduximus: quia ſolutio patet ex iſtis, & ex his quæ dicit Bart. in d. l. fin. colũ. fin. ff. de ferijs. & dominus Iaſ. hîc, in ij. notabili. Priuſq̃ con-
7 deſcendam ad notabilia, neceſſariò eſt præmittendum," quęnam dicatur cauſa finalis, & quæ impulſiua. Dico ergo, quòd cauſa finalis dicitur illa, quæ præſtat occaſionem aliquid ſtatuendi, præciſè: & quæ ab initio antequàm tale quid ſtatueretur, erat in eſſe producta: qua ceſſante ipſum cauſatũ ſub-

ſiſtere

ſiſtere non poteſt. Cauſa uerò impulſiua dicitur ea,quæ prę= ciſe non eſt cauſa aliquid ſtatuendi, ſed incidenter, aut per conſequentiam: & ideo ea ceſſante non ceſſabit cauſatum: quum ſine ea ſtare poſsit,& ab ea fundamentum non reci= piat, ſed à finali. Iſtas deſcriptiones (uel ſi mauis diffinitio= nes) colligo ex text.& glo.in l.j.§.ſexum.ff.de poſtuland.ubi cauſa finalis fuit,ne contra pudicitiam ſexui congruentem, mulieres alienis cauſis ſe immiſceant: & ne uirilibus offi= cijs fungantur:ut eſt text.in l.fœminæ.ff.de regul.iur.& in l.fin. C. de arbit. Impulſiua uerò fuit improbitas & inuere= cunda illius ſceleſtæ Calphurniæ: qua tamen ceſſante, ut puta quòd bona mulier reperiatur, quod tamen raro eue= nit, non ceſſabit cauſatum ſeu effectus. de quo per Barto. in l.ij.§.fin.ff.de donatio.& per Alexand.in l.fin.in primo not. C.de edicto diui Adria. tollend. Noto primò ex hoc text. unam cauſam, propter quam fuit inducta præſens conſti= tutio: ſcilicet * ne lites fiant penè immortales, & uitæ ho= 8
minum modum excedant. Et aduerte, quia cum notabili= bus expediam gloſſellas uſque ad gloſſ.magnam.in uer. tri= ennij. Noto ergo ꝙ lites non debent eſſe immortales,ſed ali= quem exitum certũ habere debent.& iſtud dicit Accurſius, quòd erat ante hanc legem: ut habes (licet ipſe non addu= cat) in multis iuribus: pręcipuè in l.quidam æſtimauerunt. ff.ſi certum peta. in l.terminato.C.de fruct.& litium expen. concordat text.cum glo.in prima conſtitu. C. & de iure ca= nonico eſt text.in c.finem litibus.cum ſuis concord.de dolo & contum.ex quo ſequitur, quòd niſi iſtud opportunum & neceſſarium remedium adueniſſet, longior eſſe potuiſſet li= tis uita,quàm hominis:quum homo uſqꝫ ad centũ annos tan= tum uiuere credatur:ut dicit glo.adde l.an uſusfructus. ff.de uſufruc.& l.ſi uſusfructus.ff.de uſufru.lega. Et hanc dicit Accur.eſſe rationẽ,ſeu cauſam finalem huius conſtitutionis: ſcilicet,ne lites,&c. quod ex eo ſuadetur, quia ante hanc le= gem iſtud ſtatutum fuerat,ideo,&c.ut ſuprà diximus. Noto ſecundò ex hoc prin.ibi,cum criminales,ꝙ cauſę criminales,
ſiue per

ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem procedatur,
9 * biennio terminari debent. Hoc uelle uidetur iſte text. generaliter loquens, per quem ita decidit Alex. hic, in fina. uerbis, dicens hanc fore ueritatem. De hoc tamen an hæc lex intelligi debeat, quando proceditur per uiam inquiſitionis, inter docto. magna eſt altercatio: ut per eos hic, & in l. fin. infrà ut intra cer. tem. quæſt. crimi. Ego teneo, text. noſtrum loqui ſimpliciter, quando proceditur uia ordinaria accuſationis, non autem extraordinaria inquiſitionis. per text. quem glo. allegat pro concor. in d. l. fin. infrà ut intra cer. tempus. ponderando eum tex. ibi, ſed poſt bienniȷ exceſſum, accuſatum abſolui. Ecce text. clarum, qui præſupponit cauſam criminalem biennio finiri, quando proceditur per accuſationē, dum enim dicit accuſatum, de neceſsitate præmittit accuſatorem: quum ſine eo iudicium criminale ſubſiſtere non poſsit. l. reſcripto. §. ſi quis. ff. de munc. & hono. in inquiſitione uerò accuſator non requiritur. l. ȷ. §. ſi publico. ff. de adulte. c. qualiter & quando. il. ȷ. de accuſatio. faciunt quæ latiſsimè ponūt Canoniſtę in rub. extrà de iudicijs. & pro hac opin. eſt caſus rotundus, qui cauillationem non patitur. in l. ubi falſi. c. de falſis. uerba ſunt text. qui pro cōcordanti adducitur cum d. l. fin. ultimum autem finem ſtrepitus criminalis, compendioſo ſpatio limitamus: quem litigantem, diſceptantemq́, fas nō ſit excedere: cuius exordium naſcetur auſpicio conteſtatæ accuſationis, apud iudicem competentem. torques hunc text. quomodo uelis: & uidebis an ueritatem Alex. defendere poſsis. Nec obſtat, quod dicit ipſe, hanc l. noſtram. loqui indiſtinctè in cauſis criminalibus, quia reſpondeo eam debere reſtringi ad d. l. fin. ad quam habetur relatio. l. ſed & poſteriores. ff. de legi. facit regula notanda Socy. in l. omnes. per illum text. cum glo. ff. de exceptio. in ſecundo not. quòd lex quantumcunq; uniuerſaliter loquatur, recipit tamen interpretationem ab alijs legibus. quum ergo illa l. fin. tantummodo de cauſa criminali, in qua per accuſationem proceditur, loquatur: ponderando denuo & ineuitabiliter ultimo
reſpon

reſponſum,dum dicit, Sciẽtibus iudicibus,eorumq́ officijs:
quòd ſi litigatoribus admonẽtibus,ipſi litis introductionem
uel examinationem diſtulerint,&c.noſtrum nõ erit leges ex-
tendere:nec credendum erit Do.Alexand. eiusq́ opinionis
uiris.Non obſtat,quod dicit Alex.inquiſitionem ſuccedere
loco accuſationis. per c.qualiter. de accuſa. quia reſpondeo,
neutrum illorum cap.iſtud probare:quinimo contrariũ aſſe-
ritur in c.qualiter.il.ij.circa fi.ubi in uerſicu.ſicut accuſatio-
nem,conſtituitur inter ea differẽtia.Et dato quòd probarent
illa iura, inquiſitionem loco accuſationis ſuccedere: non ta-
men dicet quis,eſſe accuſationem:quum diuerſæ ſint naturę,
& originis. Ergo non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit
abeſſe l.non hoc.C.unde legi.c.in præſentia. circa fi.extrà de
probatio.& ſi iſtud diceremus,ſequeretur, quòd omnia iura
loquentia de accuſatione, locum etiam ſibi uendicarẽt in in-
quiſitione: quod, quàm foret ridiculum, nemini non patet.
Quum ergo habeas tex.expreſſos,conclude contra Alexan.
ex regula ipſiuſmet in l.ſi ſic ſtipulatus. ff.de uerbo.obliga.
quæſtionem non eſſe debere,ubi caſus legis adſit.Dicendum
igitur erit,cum Guiliel.de Cu. quem refert,& nõ reproban-
do tranſit cum eo ſimpliciter Paul.Caſtren. hîc,circa princi.
quòd ſi procedatur per uiam inquiſitionis:huic nullum tem
pus cenſeatur præfixum, ſicut nec cauſis fiſcalibus: ut quia
iudex tendat ad fiſci utilitatem uel publicam.Nunc ad nota.
eo modo quo declaraui, redeundo, *aduertendum eſt, quòd 10
Imperator hic dicit, Cum criminales cauſas iam noſtra lex
biennio concluſit.ex quo uidetur inferri,quòd l.fin.infrà ut
intra certum tempus. fuerit condita ante hanc legem: prout
etiam proximè cõcluſimus.& tamen uidemus manifeſtè con
trarium:quum longè poſt hanc ſit ſituata.in lib.ix.Cod.titu.
xliiij.& ſic illa lex eſt dicenda poſterior:hæc autem prior,at-
tento ordine literæ & titulorum,qui ſeruandus eſt.l.quoties.
ff.de uſufru.l.cum pater.§.penul.ff.de lega.ij.auten. hoc am-
plius.ibi,prout quiſq́ corũ prior nominatus eſt. C.de fidei-
commiſ. Accur.ſentiens difficultatem,reſpondet:quòd licet

G illa l.

illa l.fin. ſit poſterior in ordine, tamen prior fuit in compoſitione. Et ſic uult inferre Accur. in hac gloſ. quæ ſingularis eſt,& perpetuo notanda:ordinem literæ attendi non debere, ſed potius mētis,& intellectus.l.nec enim.ff.de ſolutio.§.ante hæredis.inſtitu.de lega.cum concor. Pro quo dico facere, quod uoluit Hieronymus in præfatione generali ad omnes epiſtolas Pauli,dum inquit abſurdum non eſſe,quòd epiſtola ad Roma. quæ ſcripta fuit poſt eam, quæ ad Corinth.deſtinata extitit, primo loco poſita fuerit. Non obſtant modo adducta in contrarium, quia illa non procedunt, ubi expreſſe & manifeſtè apparet de mente,ut in text.noſtro uidemus, ponderando uerbum,concluſit,quod eſt præteriti temporis, rem factam fuiſſe demonſtrans. l.j.§.hæc autem uerba. ubi Iaſo.not.ff.quod quiſque iuris. Iſta fuit deciſio Doctorum in dicto §.ante hæredis. præſertim Ioan.de Platea, qui ex hoc infert ad pulchram quæſtionem, de eo qui prius petijt cogi & compelli aduerſarium,demum condemnari:quod uidetur contra l.j.C.de executio.rei iudica. ut per hoc non uitietur libellus:quia omiſsio ordinis in his,quæ dependent à uoluntate diſponentis,non uitiat actū. l.præpoſteri.C.de teſta. notat Bartol.in l.ij.§.prius. ff.de uulgar. & pupilla. Quicquid ſit,aduerſus hanc ſolutionem uideo tex.ualde cōtrariantem, in prima conſtitu.C.§.quibus.ibi, ita tamen ut ordo temporum,&c. & ibi,primis quidem in primo loco: poſterioribus uerò in ſecundo ponendis. Et fateor me neſcire aliter ſoluere,quàm hoc modo: quòd iſtud non fuit ab re factum: quia magis conueniens extitit ponere titulum, ſub quo congruè ſituata eſt illa l.fina. pòſt in materia criminali, cum ibi locus proprius eſſet, quàm ante hunc titulum: oportuit enim ea, quæ de eodē penè loquuntur,in confinio ponere.l.ij.§.quartus.C.de uete.iur.enucle. reperio tamen, quòd Bartol.aliter ſoluit,in l.ij.in princip. ſuprà titu.j.quòd contrarium procedit: quando ponerentur in eodem titul. ſecus ſi in diuerſis, ut hic. Noto tertio ibi,& pecuniariæ:unam rationem,& ſic tertiam, quare facta fuerit hæc conſtitutio, & hanc credo

etiam

etiam finalem, ut ex his quæ ſtatim dicam, cognoſci poterit. * Noto igitur quòd cauſæ ciuiles frequentiores ſunt crimi- 11
nalibus. Iſtud probatur non ſolùm in toto iure ciuili, ubi uides, pro una lege, quæ loquatur de re criminali, adeſſe cẽtum, & plus, quæ loquuntur de ciuilibus negocijs, præſertim in Cod. in quo proceditur per deciſiones & reſpõſa, prout proponebatur caſus, ſed etiam in ueteri teſtamento, ut in diſcurſu Exodi, & Leuitici deprehendere poteris: & hoc ſatis ex ratione naturali, & experientia rerũ magiſtra demonſtratur. Quare quum ob earum multitudinem non poſſint ita de facili expediri, ſicut criminales, quæ rariores: ideo circa eas decidendas maius tempus indulgetur. Pro quo facit illud uulgatum, Pluribus intento minor eſt ad ſingula ſenſus. Et ſi diceres hanc cauſam uideri potius impulſiuam, quàm finalem: eo quia ſi eueniret in aliqua ciuitate rixoſa, & partiali, ſeu factioſa, adeſſe plures cauſas criminales quàm ciuiles: ſi diceremus hanc cauſam fore finalem, ſequeretur meritò, quòd ipſa cauſa finali ceſſante, ceſſare etiam deberet effectus. uulga. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. quod tamen eſſet contra mentem Impera. Si uerò ſit impulſiua ſecus, ut in ſuperioribus oſtendimus. Ad hoc reſpondeo: ſi iſtud diceremus, ſequeretur ridiculum, quòd illa cauſa ſcilicet ne lites, &c. ceſſante, quæ tamen eſt finalis, ut dicit Accur. ut puta, quòd lis non eſſet immortalis, ſed duraret tantum luſtro, uel decem annis, quòd deberet ceſſare cauſatum & effectus. Et ideo dico cum Barto. in l. ij. §. fi. ff. de dona. quòd ubi cauſa accipitur pro ratione, ut hic uides ex Accur. & actus eſt perfectus & cõſummatus, ut in hoc caſu in quo præciſè præfixit hũc terminum legislator, etiam ſi cauſa ſeu ratio ceſſet, nõ debet ceſſare effectus: nec poſſumus has duas cauſas dicere impulſiuas, ut ex diffinitione, & his quæ ſtatim dixi, percipi poteſt. Noto quartò ibi, & ſæpe ipſe, &c. ſecundum intellectum Accur. * quòd 12
ex agitatione cauſarum ciuilium ſæpe cauſæ criminales ſcateſcunt. Exẽplum: Petis à me fundum ex inſtrumento, quod ego falſum dico. gloſ. nihil adducit. Ego adduco tex. ubi eo-

dem modo exemplificat ipſe Accur. in l.penult.c.de ordine iudicio.ad idem l.ſi his.c.de falſis. Et hæc cauſa dicenda eſt impulſiua.argu.l.j.§.ſexum. ff.de poſtulan. quia non omnes cauſæ ciuiles creant materiam criminibus; ſicut nec omnes fœminæ dederũt cauſam edicto. Ego ſum in noua opinione, quam puto ueram ut euangelium, quòd iſta uerba, Et ſæpe ipſę materiam criminibus creare noſcuntur,debeãt intelligi, id eſt,ad committenda crimina.exempli gratia:Quando lites erant immortales, & nullus adhuc erat terminus præfixus, facilimè quis deſperabat de cauſa:& ideo cõpellebatur quodammodo,ſi uolebat negocium ſortiri effectum,committere crimina,ut falſificare inſtrumẽta,uel acta:aut precio corrumpere iudicem,uel teſtes,ut citius pronunciaretur:ne forſitan lis terminum uitæ ſuæ egrederetur. Pro quo facit ſententia ea aurea,quam in ſcalis Palatij collegij uenerandi Mediolañ. proſcriptam legi: In controuerſijs cauſarum capitales inimicitiæ oriuntur: fit amiſſio expenſarum: labor animi exercetur:corpus quotidie fatigatur: multa & inhoneſta crimina inde conſequuntur:& qui ſæpe credunt obtinere,frequẽtius ſuccumbunt:& ſi obtinent, computatis laboribus,& expenſis,nihil acquirunt. Et ſi bene inſpicies uerba legis, cogeris fateri,hunc ſenſum ipſa ueritate ueriorẽ.Quod probo ineuitabili fundamento: Nam actus agentium non debent ultra eorum intentionem operari, ſed ab ipſa intentione regulari, l.non omnis. ff.ſi certum petatur.clarior tex. in l.neratius conſultus. ff. de regulis iuris. Mens & intentio Iuſtiniani fuit iſta, & ad hoc uoluit ipſe has rationes, de quibus in princip. legis, adducere: ut lites longo tempore non durarent, ſed breuem, inquantum fieri poſſet, ſortirentur effectum. Si intellectus Accur. foret uerus, operaretur contrarium effectũ, eius quod ſanciuit Iuſtinianus:uidelicet, quòd lites longiſsimo tempore durare debeant: ad hoc ut ex diuturna cauſarum ciuilium agitatione, cauſæ criminales ſcaterent: ut quia delicta ſoleant clàm committi. l.fina.ff.de ritu nuptiarum. capi.fina. de teſtibus cogen. & interſit reipub.

ea mani

ea manifeſtari, ſi non modò, ſaltem ex interuallo: iuxta illud Catonis, Temporibus peccata latent; & tempore clarent: ne aliàs delicta remanerent impunita. l. ita uulneratus. circa finem. ff. ad legem aquil. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi c. & tamen uidemus contrarium ſtatuiſſe Iuſtinianum, ea (ut credo) etiam opinione motum, quòd malus euentus, ſcilicet ut ex ciuili prodeat criminalis, ob quod quis plectatur, non ſit habendus in cōſideratione. iuxta l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. oblig. Noto quintò, ibi, cenſemus cauſas, quæ triennio debent finiri. Sed aduertendum eſt:* quia uidetur quòd non fuerit neceſſe ſpecificare iſtas cauſas particulatim: ponderando illa uerba, Omnes lites. quæ dictio omnis, eſt uniuerſalis, nihil penitus excludens. l. iulianus. ff. de lega. iij. l. hoc articulo. ff. de hæred. inſtitu. dixi in l. placuit. in prima concluſione. ſuprà eod. & aliàs plenius. in §. omnium. in primo not. Inſtit. de action. dictum igitur generale, generaliter debet intelligi, adeò ut nulla enumeratione opus ſit. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſtand. Saluando poſſumus breuiter reſpondere, non fuiſſe abſurdum ſpecificare iſtas cauſas, non obſtante tali generalitate, propter regulam, quæ habet, quòd iura noua quantuncunq; generaliter loquentia, locum ſibi non uendicant in caſibus ſpecialibus, uel ſpecialem fauorem habentibus, niſi exprimatur. ſecundū glo. in l. ſciendum. ubi Bart. ff. qui ſatiſd. cogan. notat Iaſ. in l. j. col. ij. in tertio not. ff. ſoluto matrim. unde niſi facta fuiſſet hæc ſpecificatio, dubium oriri potuiſſet ſuper cauſis pecuniarijs magnæ quantitatis, quæ æquiparantur criminalibus: ut dixit Bart. in l. admonendi. col. xij. ad medium. ff. de iureiur. per tex. in l. propter litem. in princ. ff. de excuſ. tuto. an includi deberent potius biennio, quàm triennio, adinſtar criminalium. quod tangit dominus Iaſon hîc, in iij. not. Et etiam in iiij. ponit de cauſa quæ uentilari poteſt ſuper conditione perſonæ: ad cuius dicta me remitto. Quintò noto, ibi, exceptis, *quòd cauſæ fiſcales, & quæ publicas concernunt functiones, quales ſunt cauſæ tributorum, aut uectigalium, non clauduntur triēnio.

13 (margin, beside "Sed aduertendum eſt:* quia"); 14 (margin, beside "ius dicta me remitto")

Iſtud uult text.noſter ſingularis, qui quum aliquod certum tempus non præfigat,cenſebuntur hæ cauſæ nullo tempore claudi,& perpetuo poſſe durare.Pro quo facit,quia quod nõ habet certum finem,reputatur perpetuum. l.iuriſperitos. in princ.ubi Nicol.de Neapol.notat. ff.de excuſa. tuto. faciunt quæ congerit Decius.in c.ex literis.col.iiij.uerſic.tertia con- cluſio.extrà de conſtitu. Quod enim ſpecialiter, & expreſsè immutatum non eſt, quare perpetuo ſtare prohiberi debet? l. ſancimus.C.de teſtamen.l.præcipimus.in fin. C.de appella. Et ratio huius deciſionis,iudicio meo eſt, ne deſidia aut præ- uaricatio patroni,ſi labi pateretur triennium, fiſco aut reipu. præiudicare poſsit.arg.l.unicæ.C.de ſenten.aduer. fiſcum la- tis retractan.lib.x.quod ſine dubio procedit,quum de fiſci fa uore tractatur.argu.eorum quæ ponit Decius in d.c.ex lite- ris.col.fin.Nec iſtud eſt mirum: quum alia pleraque in cau- ſis fiſcalibus, & publicarum functionum ſpecialiter compe- riantur indulta; ut habetur in l. publicas. infrà de ferijs. ubi docto.& per Paul.Caſtren.in l.fi.infrà de priuil. fiſci.& hanc concluſionem approbant ſcrib. hic. Non tamen negamus, quin patroni,& procuratores fiſci,diligentiſsimè inſtare ha- beant, quo celeri expeditione cauſæ fiſcales terminentur, ne ex nimia procraſtinatione fiſcus damnum patiatur. l.pen. C. de aduoc.fiſci.l.j.§.j.ff.de offic. procur.cæſa. ne ue inducta in augmentum tenderent ad diminutionem. l. legata inutili- ter.ff.de lega.j.l.ij.ff.de iuriſdict.omn.iudic. Sed an idem di-
15 cendum,de cauſis dotalibus,*eccleſiæ, & ciuitatũ, quæ fiſca- libus æquiparantur,quum pari paſſu ambulent? l.ij. C.de pri uil.fiſci.l.fin.C.de ſacroſanct.eccle. Quantum ad cauſas dota- les attinet,Bart.in l.j.col.ij.ad medium.ff.ſolu.matrim. tenet, quòd non claudantur biennio. Docto. ibi communiter infe- runt Bart.ſentire,quòd claudantur triennio,per text noſtrũ. & dicit ibi dominus Iaſ.col.iiij.ad medium, quòd non recor- datur uidiſſe contradictionem; attamen quod eſt in contra- ria ſententia,aliquot fundamentis licet cõcludat,ſe ea acuen- di tantum ingenij gratia dixiſſe, non quòd recedat à Bartol.

Reperio

Reperio quòd ante eum Bald.Nouel.in tracta.de dote.in ix. parte.priuilegio xiiij.examinauit reſoluendo hunc articulũ. De quo dicas ut ibi per eum, ne fruſtra chartas denigrẽ;qui (ſi inſpicias)dat mirandum & ſingularẽ intellectum,ad hunc uerſic.exceptis.quem tamen non puto procedere, ſtante generalitate exceptionis,& his,quæ ſuprà diximus. Quo uerò ad cauſas eccleſiæ, dubium pendet ex eo, an de iure canonico inſtantia periat triennio.quod Accurſ. tangit in fin. gloſ. magnæ:& dicit non perire,per c.uenerabilis. & c.ſignificaue runt.extrà eod.de iudi. & hanc ſententiam dicit communem Panorm. in d.c.uenerabilis. col.ij. ad medium.& dicit dominus Iaſ.hîc.in ult.col.ad fin.quòd iſtud communiter tenetur, & ita ſeruatur in curijs eccleſiaſticis. refertq́ Roma. dicentẽ, fore de hoc meliorem tex. de iure, ad quem miratur canoniſtas non aduertiſſe.in c.cum olim propter quæſtiones.in uer. iudices.de priuileg.ubi iudex condemnat ad expenſas factas in lite per quadriennium: & ſic præſupponitur inſtantiam durare ultra triennium.Inquit Iaſon,ille tex.non probat:quia non loquitur de eadem inſtantia, quum potuiſſent expenſæ fieri per quadriennium coram diuerſis iudicibus. Ego teneo illum text.clarè probare aſſumptum:& quod dicit Iaſ.non ſolum eſt diuinare,ſed dicere de directo contra illud cap. Nam ut colligitur ex uerſic.interim. cauſa illa fuit primo delegata iudicibus ibi nominatis, à quibus cum monaſterium ſanctæ Crucis foret grauatum,ad Rom. Pont.appellauit, & tamen appellationem non fuit proſecutum. Quare Pont.non alijs, ſed eiſdemmet iudicibus ſtatim cauſam ipſam denuo demandauit: ut probant illa uerba,quibus cauſa prius fuerat delegata: qui iudices monaſterium prædictum in expenſis,quas per quadriennium, occaſione huiuſmodi negocij, epiſcopus Colubr.feciſſe iurauit,condemnarunt. Datur ergo intelligi, coram iſtis tantummodo iudicibus & in eadem inſtãtia, cum de diuerſis non cõſtet,cauſam illam fuiſſe agitatam: & ſic exceſsiſſe triennium. Quum ergo habeas text. clarum de iure canonico,nõ ſuccedet hoc caſu id,quod dicit Iaſ. in final.uerbis,quòd

bis,quòd ex quo eſt dubium de iure canonico, & clarum de iure ciuili,&c.ſtetur diſpoſitioni iuris ciuilis.per c.j. de noui oper.quinimo dico de iure ciuili fore deciſum. per hunc uer. exceptis.dum excipiuntur cauſæ fiſcales.Certum autem eſt, quòd eccleſia & fiſcus in priuilegijs ipſius fiſci æquiparantur.c.j.cum gloſ.de reſtitu.in integ.lib.vj.Bart.in l. fundi.C. de fund.patrimo. lib.xj.Panorm.in c.potuit. col.iij.de locat. ergo cauſæ eccleſiarum non claudentur triennio, adinſtar fiſcalium. Et non ſolum iſtud procedit, ſi cauſa uentiletur coram iudice eccleſiaſtico:uerum etiam ſi uentiletur coram ſeculari : ut dixit Panorm.in d.c.uenerabilis.col.iiij.ad mediũ. refert Iaſ.in d.l.j.col.iiij. uerſic.quarto confirmatur. ff.ſoluto matrimo. De cauſis ciuitatum diſtinguendum eſt ex mente Accurſ.hic : Aut loquimur in cauſis alterius ciuitatis,quàm Romanæ,& tales ultra triennium non protrahuntur, ut hoc text. ibi,Siue ſuper iure ciuitatum. Aut loquimur in cauſis reipub.Roma. & tales adinſtar fiſcalium triennio non clauduntur,quum idem ſit iuris in repub.Rom.quòd in fiſco, ut etiam uoluit Accur.in rub.C.de iure fiſc.lib.x. ubi Bartol.& poſt eum Alexand.in apoſtil.ſequunturq́ iſtud communiter
16 docto.hic. Noto ſextò, ibi, non ultra triennij. * quòd cauſæ ciuiles debent triennio finiri,computando à die litis conteſtatæ.iſtud itidem ſanxit Imperator in cauſis criminalibus, in l. fin.C.ut intra cert.temp.quæſt.crim.in primo reſponſo. & in l.ubi falſi.in ulti.reſponſo. C.de falſis.Et ponderãda ſunt illa uerba,Poſt litem conteſtatam,quia etiam ſi mille annis contenderetur ſuper aliquo articulo ante litem cõteſtatam,nunquàm periret inſtantia:ut potes ponere exemplum in omnibus præparatorijs, de quibus latè in rubric.ſuprà diximus. Vnde dicit Paul.Caſtr.hic col.j. & refert dominus Iaſ. col.ij. quòd Specul.in tit.de appellatione. §. nunc breuiter. uerſic. item iuſta cauſa.narrat,quòd dum eſſet Romę,fuit ſibi quædam cauſa Anglica commiſſa,in qua lis nondum erat conteſtata : & ea cauſa fuerat inchoata antequàm ipſe naſceretur, qui tunc temporis erat ætatis xxxiiij. annorum. ex quo infertur

fertur ante litis conteſtationem nunquàm perire inſtantiam. Exclamant igitur Paul. & Iaſ. quodammodo miram rem fuiſſe de eo uiro, quòd in tam breui ætatis ſuæ ſpatio, adeò excellens euaſiſſet. Non igitur delitijs, laſciuijs, aut ocio (peſte nefandiſsima) ad uirtutis culmen perueniri poteſt: ſed indefeſsis laboribus, ærumnis, aſsiduiſq; lucubrationibus: prout maiores noſtros, diuina eorum monumenta perpetuò duratura, feciſſe teſtantur. Supereſſet nunc examinare articu- 17
lum illum,*quid ſtatui debeat in cauſis, in quibus lis nõ conteſtatur; uerum quia iſtud altiorem indaginem requireret, ideo me remitto ad tradita per Iaſ. hîc poſt alios, in ſexto not. qui latè tractat, quid de cauſis executiuis, & ſummarijs. ſufficit, ut dicam eam fore ueram & communem ſententiam: ut in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, tunc currere incipiat inſtãtia, quum primùm ad merita cauſæ deuenitur: quæ cognitio, uim litis conteſtatæ obtinet. & iſtud aſſero ex mente domini Alexand. hîc in primo not. & Iaſ. ubi ſuprà. Noto ſeptimò, ibi, ſed omnes, quòd hæc conſtitutio ſuper cauſis eo modo terminandis, non ſolum extenditur ad minores iudices, ſed & ad maiores: non tantum ad ordinarios, ſed etiam ad delegatos, & ad omnes generaliter: quod probat illa uniuerſalis, Omnes, de qua ſuprà in quinto not. dixi. & ea quæ ibi examinaui, poſſunt etiam hîc adaptari. Iſtud notabile format etiam dominus Iaſ. hîc, qui iſtud extendit ad arbitros: de quo dicas ut per eum. Vltimò noto, ibi, hoc enim rationem, quare ſit, quòd ulterius quàm triennio lites non extendentur. Ratio eſt, quia iſtud ſpectat ad maieſtatem iudicum, non autem ad partium uoluntatem: qui iudices, ſi uoluerint, partes eo modo refrenabunt, quòd nemo ex eis tam audax com- 18
perietur, qui ipſis inuitis audeat litem protelare. * Aduerſus iſtud not. & hunc text. oppono nouiter. Si iſtud, quòd cauſa non prætergrediatur triennium, pendet ex uoluntate iudicis, non eſt quod imputetur partibus, ſed ſolum ipſi iudici, ſi intra illud tempus non terminetur: etiam quòd ipſe partes ſint contumaces uel negligentes. Nam dicit text. in l. ſi pro-

curatorem.§.fin.ff.mandati. Dolo autem facere uidetur,qui, id quod poteſt reſtituere, non reſtituit. Ita, dolo facere uidetur iudex, qui, quum poſsit intra triennium ſententia litem dirimere,non dirimit. Si igitur ſemper dolo iudicis perit inſtantia:ſequitur,quòd partibus indiſtinctè per remedium reſtitutionis ſuccurratur. l. ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor.ff.ex quibus cauſis maio. & tenet Accurſ. in §. ſinautem utraque.infrà hac eadem l. quod tamen eſt contra d.§.ſinautem utraq;.qui uult iſtud ſolùm procedere, quando utraque pars imminet,& litem peragere cupit:& iudex, uel per amicitias,aut inimicitias, uel per ſortes litem finire differt, & inſtantiam labi permittit. Cogitaui ego dubitationem: uolo quòd tu pro parte tua cogites ſolutionem. Rurſus ex hoc.
19 text.noto,* iudicem habere poteſtatem in ſubditos. ad idem text.in l.poteſtatis uerbo. ff.de uerbo.ſignification.qui dicit triplicem fore poteſtatem; magiſtratus in ſubditos, patris in filium,& domini in ſeruum. Adde aliam fore poteſtatem, tutoris in pupillum.§.j.Inſtitu.de tutel.l.j.ff. eodem. de qua uideas unum notabile uerbum, per Chriſtoph. Porc. Inſtit. de tutel.§.permiſſum.in glo.in poteſtate. col.iiij.Addi etiam poſſet poteſtas epiſcopi in diœceſanum, abbatis in monachum,& ſi quæ ſunt huiuſmodi: quæ tamen in argumentum ſub prioribus ſatis poſſunt contineri.Alia denique eſt poteſtas,uiri in uxorem:de qua Paulus ad Epheſ.v.& ad Coloſs. iij.necnon ad Timoth.ij.meminitq; de ea Accur.in l. ſi uxor. C.de condit.inſert. Modò ad propoſitum: qui iudex habeat poteſtatem in ſubditos,tenentur ſubditi ei obedire.l.non poteſt dolo. ff.de regul. iur. & in autent.ut omnes obed. iudic. prouinc. colla.v.facit text.j.Petri. cap.ij.& Pauli ad Roman.
20 xiij. aliàs, niſi obediant, diuerſis pœnis afficiuntur. * Primò, ſubditus inobediens, pœna contumaciæ plectitur, quæ pœna multiplex eſt. l.contumacia. cum ibi notatis, per Accurſ. & docto. ff.de re iud.l.j.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.l.qui reſtituere.ff.de rei.uendica.c.tuæ.cum gloſ. extrà ut lite non conteſta. In quibus locis poteris uidere,quotuplex ſit contu
macia,

macia,& cuius effectus.de quo per Bart.in l.pen. & fin. ff. de reſtitu.in integrum.per Cano.in cap. j.extrà de iudic. & per Decium in c.conſultationibus.de offic. deleg.colum. fin.ponit unum notandum uerbum domi. Iafred. Balbus deciſio. ccliiij.in iij.centuria.& an cõtumacia ſit delictum, uide quòd ſic: per Bart.in d.l.j.§.fin.in fin. ff.ſi quis ius di.de quo latius per Felin.in c. ex literis. col.xiiij.de conſtitu. Et nota unum peregrinum dictum Bartol.in l.quandiu. la grande. col. j.ad medium.ff.de acquirend.hæred. quòd contumacia debet interpretari in id, quod contumaci eſt deterius, & aduerſario utilius. An autem audiatur cõtumax appellans,pulchrè per Decium conſil. xxxiiij. uolum. j. per totum. Secunda pœna eſt, quia iudex tali contumaci,& inobedienti poteſt denegare ſuam audientiam.l.ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor.in fin.ff.ex quibus cauſ.maio.l.ſi quis.§.fin.ſecundum ultimum intellectum gloſ.ff.de excuſa. tuto. quod extende,ut procedat, non ſolum in eadem cauſa, ſed & in alia: ſecundum Accur.in d.§.ait prætor.in gloſ.decreto. quod tamen reſtringit Bologni.ibi,inter eaſdem perſonas,ſecus inter diuerſas.Tertia pœna eſt, deſertionis, quam inobediens incurrit. l. iij. §. ſi præſidis. ubi Accurſ.notat.ff.de re militar. Quæ autem ſit pœna deſertionis,declarat Iuriſconſul. in l. non omnes. ff. de re milit.Perdit etiam inobediens iura ciuitatis,& ut transfuga puniri poteſt,ut uoluit Bartol. in l.omnes populi. col.vij. uerſic.ex iſta theorica. ff.de iuſtit.& iure.facit l.omne.§.contumacia.iuncta gloſ.ff.de re milit. Intellige nunc generaliter, ea quæ diximus,* locum ſibi uendicare,quando iudex & ſuperior,ſecundum leges & iuſtitiam aliquid præciperẽt:aliàs ſecus,quia tunc ipſis poteſtatibus parendum non eſſet: & ſi quis obediret iudici illicitum præcipiẽti, plecteretur. Habes de hoc plura iura; ſed inter alia text.notandum in autent.ſed hodie nouo iure.c.de offic.diuer.iudi. quinimo licet contradicere,& pertinaciter reſiſtere. l.quoniam iudices. cum concord.adductis per gloſ.c.de appell. Et ex his ſum expeditus de textualibus. Gloſ.magna in uerb. triennij.diuiditur ſe- 21

cundum dominum Iaſ.in octo partes,ut hîc per eum col.iiij.
Ego in tot fruſta non lacero : ſed diuido in tres. In prima,ex-
cipit à text.& ad eum opponit,ac ſoluit. In ſecunda ibi, item
not.præmittit ad euidentiam l. generaliter. In tertia ibi, item
an poteſt,quęrit & reſoluit.particulas modò,etiam tyruncu-
lus ſecernere ſciet. Ex prima parte gloſ. habes notare decem
caſus ſpeciales,in quibus diſpoſitio huius conſtitutionis non
22 procedit.* Sunt tamen aliqui,qui pro fallentialibus non me-
rentur adduci ; ut etiam aduertunt docto.hîc.Et primò l.fin.
infrà ut intra certum tempus.iuncto uerſi. cum criminales.l.
noſtræ.quia potius concordat, quàm diſcordet cum hac l. &
licet quo ad præfixionem temporis diſcordet, non tamen po
teſt adduci pro fallētiali,ſeu ſpeciali:nam exceptio debet eſſe
de regula,& non extra regulam. l.j.ubi Decius.in iiij. not.ff.
de regu.iur.& ſic quum diuerſa ſint,cauſa ciuilis & crimina-
lis,ſicut homo & aſinus:quia licet præſupponatur unum ge
nus, ſpecies tamen ſunt differentes, ideo non eſt bona exce-
ptio.Veluti ſi diceretur,Omnis homo currit, ſed non aſinus.
& dato quòd eſſet neceſſe aliquē ex his duobus caſibus fore
ſpecialem, dicerem potius iſtud contingere debere in l. no-
ſtra,utpote quia ſit poſterior,& ſic fallat à priori, ut ſuprà in
ij.not.demonſtraui:& etiam minus digna, & ideo non tanto
in precio habenda.l.fin.C.de ordi.iudic.Et eodem modo poſ-
ſumus dicere de tex.in §.ſi tamen.in autē.ut cler.apud prop.
epiſcop.& in §.ij.ibi,ſi quis autem electum.in autent.de ſan-
ctiſs.epiſc. quum illa iura loquantur in cauſis criminalibus,
ut non commodè ab iſta lege excipi poſsint : ſed potius à d.
l.fin.C.ut intra cert.temp.quo ad text.in l. j. ſuprà ut omnes
iudic.tam ciuiles quàm militares.Paul.Caſtr. hîc col.ij.dicit,
quòd non eſt ſpecialis caſus:quinimo cōcordat cum l.noſtra:
inducendo,ut per eum.Si conſideres uerba Pau.ipſe adducit
uerſ.quòd ſi intra.d.l.j.Accur.autem allegat in fi. & ſic uerſ.
ſciant autem. ubi non ſit de quinquaginta diebus, ſed de ui-
ginti mentio.& ita etiam illum uerſ. adduxit ibi Accurſ.pro
ſpeciali.in gloſ.terminare.qui uerſ. uult iudicem debere illas
contro

controuerſias intra xx. dies, à lite conteſtata, terminare. & ſic incidit Pau. in inciuilitatē. l. inciuile. ff. de legi. attamen etiam ille uerſicu. non obſtaret: tenendo diſtinctionem notandam quam hic tradit ipſe, & Bart. ante eum. Tex. uerò, in l. j. infrà de aſſer. tollen. quem gloſ. uoluit adducere in §. fi. in princip. iudicio meo nō meruit allegari pro ſpeciali: quia ille tex. non negat, quin cauſa illa libertatis triennio claudatur, ut hæc l. deciditur: ſed bene dicit, in odium contumacis rei, eo uocato & intra annum non comparente, poſſe ferri cōdemnatoriam aduerſus eum in fauorē domini. & ſic alius eſt caſus, qui potius mereretur aſſignari fallentialis ad §. ſin autē reus. Quantum ad tex. in l. quinquaginta. ff. de excu. tuto. aliqui dicunt eum nō facere, ut quia ſit diuerſus caſus. Dico ego illum tex. uerè eſſe ad noſtrum fallentialem & ſpecialem; dicitur enim in eo, quinquaginta dies dari tutori, intra quos excuſationē coram iudice proponat, qua propoſita, ſpatio quatuor menſium continuorum lis terminetur. Ecce caſum clarum, ubi agitur de cauſa ciuili excuſationis tutorum: & tamē quadrimeſtri claudi debet ea inſtantia: nec hoc eſt abſonum, ne pupilli diutius tutore careant, & per hoc damnū patiantur. §. j. inſtitu. de auto. tuto. §. j. inſtitu. de tutel. Adde ultrà Docto. caſum in quo inſtantia finitur anno, in l. ij. ubi Bartol. not. c. de naufra. libr. xj. & de hac facit mentionem etiam Accur. in l. penul. c. eod. quam hîc adducit. Quomodo autem iſtæ fallentiæ accommodentur ad hanc l. oſtendit Domi. Iaſ. hîc. colum. iiij. uerſicu. ſed aduerte. Diſcutiendus uenit articulus, * quem breuibus tangit Accur. an per autenti. qui ſemel. c. 23
quomo. & quando iudex. corrigatur l. noſtra. In quo Docto. communiter concludunt, quòd non: quia ibi eſt penitus diuerſus caſus ab hoc. Nam ille tex. non negat inſtantiam cauſarum ciuilium finiri triēnio, ſed loquitur, quid agendum ſit, eo qui actionem propoſuit, cauſam perſequi differēte. Quod ego uerum puto: tum quia ille text. ſolum de actore uerba facit, nos uerò indiſtinctè, tam de reo, quàm de actore: tum etiam, quia inſtantia, de qua in eo text. currit, ſiue lis ſit con-

teſtata,ſiue non:ut ibi in uerſic.quæ citatio.& clarius in corpore,unde ſumitur. §.ſi uerò apud iudicem. Inſtantia uerò, de qua in l.noſtra,poſt litem tantum conteſtatam currere incipit:ut hîc,uer.non ultra triennij.& diximus ſuprà in vj.no. Prætereà nos hîc loquimur generaliter,ſiue utraque pars ſit præſens, ſiue utraque abſens, aut altera tantum:ut habes in gloſ.in ij.parte.& in gloſ.uer.licentia.§.proximo.Ibi uerò habetur mẽtio tantum de actore abſente. Et ideo punctus dubitationis eſt reſoluendus in hoc:an Autenti. qui ſemel.ueniat correctiuè ad §. proximum, & ſiquidem. Et fateor me nec audiuiſſe,nec legiſſe Doctorem, qui ita hunc articulum declararit:quia etſi diceremus Autenti. qui ſemel.corrigere §.& ſiquidem. qui de eadem materia loquitur; non tamen ſequeretur ex hoc, quòd corrigeret totam l.properandum. quæ excepto §. & ſiquidem. (ut oſtendi, & eſt ſole clarius) omnino in diuerſis terminis loquitur. Ego in re hac ita diſtinguendum puto. Aut uolumus tenere intellectum Azo. quòd illa Autenti.in fine intelligatur de prioribus edictis,& priori anno,& ſic quòd detur tantum ſpatium anni,& trium menſium. Et hoc caſu neſcio (aut oculus caligat) uidere rationem diuerſitatis,quare per d.auten.qui ſemel.§.& ſiquidem.non debeat corrigi.Et ſi diceres,Non'ne adeſt ratio diuerſitatis,quam proximè aſſignaſti, quòd hæc l.tota loquatur poſt litem conteſtatam:Auten.uerò,qui ſemel.ſiue ante, ſiue poſt:Reſpõdeo,fateor aſſumptum:ſed dico,quòd quum Autenti.qui ſemel. ſpecialiter & expreſſe loquatur de caſu, quando lis non eſt conteſtata:quòd cenſetur corrigere & extendere §.& ſiquidem. de eodem loquentem,ad hunc caſum litis non conteſtatæ.l.præcipimus.in fi. C.de appel. Aut uolumus tenere intellectum Ioan.quòd illa Auten.in fi. loquatur,non de prædictis anno & tribus menſibus, ſed de alijs de nouo concedendis:ut ſic in ſumma ſit terminus duorum annorum & ſex menſium:& tunc dicerem illam Autenti. non corrigere, ſed potius concordare cum §.& ſiquidem. quum in eo pariter, non audiatur actor poſt quinque ſemeſtres.

Sed

Sed conſidera,quòd in §.& ſi quidem. ultra dictum tempus, dantur adhuc xxx.dies.prætereà ibi attenditur,an ſit liquida cauſa uel ne: ad hoc, ut ad diffinitiuam deueniatur: quæ omnia in Auten.qui ſemel.non attenduntur:& ſic etiã ſtante hoc intellectu, non poſſent hæc iura cõcordare:quinimo neceſſe eſt fateri correctionem dicti §.& ſiquidem. ut pulchrè perpendit Paul.Caſtrẽ.in dicta Autenti.qui ſemel. colum.j. Et licet quàm plures,huic Ioan.ſententiæ adſtipulentur,ego omnino contrarium cenſendum puto: ponderando uerba,in corpore.de litigio.§.omnem.unde dict.Autenti. extrahitur. ibi,Iubemus poſt prædictas edictorum, & annalis ſpatij obſeruationes.Ecce clarè colligi ex eo tex. per uerbum prædictas,quod neceſſariám relationem habet ad præcedentiam. l.ij.§.quartus. c.de uete.iur.enucle. Imperatorem ſe referre ad priora præfixa tẽpora, nec noua uoluiſſe inducere. Quis autem reuelauit & dedit autoritatem Ioã. ut adderet ea uerba, Iterum de nouo faciendas:uel, Iterum de nouo faciendorum:quũ nec ratione, lege,aut autoritate ad hoc moueatur: ſed ſola tantum opinione; quæ (præſertim quum uerbis & menti legis contraria ſit) obſeruanda non eſt: cap. ego ſolis. & cap.neque.ix.diſtin. Nouiſsimè uidendum eſt,*an autenti. 42 ei qui.infrà de tempo. appella. corrigat conſtitutionem noſtram.Et reſpondit Accur.in hac glo.bis,quòd non:ſequunturq; Doct. Quod uerum puto:quum illa loquatur de inſtantia cauſæ appellationis, quæ regulariter anno finitur,uel ex iuſta cauſa biennio. Nos uerò loquimur,de inſtantia primæ cauſæ, quæ durare debet triennio: & ſic ſumus in diuerſis terminis.Ratio (& quidẽ naturalis)eſt:quia per acta prioris inſtantiæ iudex appellationis redditur magis inſtructus, & negocium iam liquidatum eſt: ideo in terminanda cauſa ipſa appellationis, tanto tempore opus non eſt, ſicut in prima inſtantia: facile enim eſt iudici appellationis, uiſis actis prioris iudicis,aut confirmare,uel reſcindere eius ſentẽtiam: etiam quòd coram eo, aliquid nõ allegatum in prima inſtantia,

tia,allegetur : & non probatum, probetur.iuxta l.per hanc. C.de tempo. appellatio. Nam iacto fundamento facilimè ſuperædificatur.cap. principatus.& cap.cum Paulus.j.quæſt. j.l.egi.in princip.à contrario ſenſu. ff.de exceptio.rei iudica. Vnius enim cuiuſq; rei potentiſsima pars eſt principium.l.j. ff.de origine iuris.facileq; eſſe aiunt inuentis addere. l.j.C.de uete.iur.enucle. Reliqua,quæ in gloſ. noſtra dicuntur, ulterius non proſequor ; tum quia Docto. clarè examinant;tum etiam,quia in uoce,quæ utilia conſpexi,liquidiſsimè examinaui. Credo tamen quòd non ſolum totam ſubſtantiam huius princip. ſed & totius l.tactam habueris. Dico duo uerba ad §.ſiue autem alterutra.

1 *Rationes dubitandi,& decidendi.*
2 *Differentia inter calumniam,& temeritatem.*
3 *Victus uictori,&c.cum amplia.& limita.remißiuè.*
4 *In taxatione expenſarum an requiratur citatio.*
5 *Iudex non condemnans uictum in expen.tenetur parti. Et quomodo intelligantur.*

# Siue autem alterutra.

Legitur uſque ad uerſicu. & hæc de alterutra.quia ibi ponitur paraſceue, ſeu tranſitus ad §.ſequentes. Exorditur Domi.Iaſo. quòd §.iſte non eſt difficilis, ſed quòd habet materiam utilem, & quotidianam,quam amplè aſſumpſit examinandam:ob quod breuibus me expediam,ea tantummodo adducens,quæ neceſſaria fore conſpiciam. Diuiditur in duas.In prima,monitio iudicis. In ſecunda,pœna ipſius,trãſgreſſoris. Secunda ibi,non ignorantes. Summatur ita:Victus uictori in expenſis ſolitis eſt condemnandus,ſacramẽto uictoris taxandis: aliàs,de ſuo iudex reſarcit. Ratio dubitandi melior aſſignari non poteſt,
1 *quàm quæ colligitur ex dictis Bartol. in prima quæſtio. Nam habemus,quòd ilico poſt litem conteſtatam præſtatur iuramen

iuramentum calumniæ.l.ij.in prin.& §.fi.ſuprà tit.proximo. & dixi plenè in rub.ſuprà eo.in iiij.præparatorio. in quo iuramento iurat utraq; pars credere ſe habere bonam cauſam, & fouere bonũ ius: & iſtud aſſerere debet iuſtis rationibus, non autem temerarijs & friuolis. d.§.j.& §.quod obſeruari. Videtur ergo dicendũ, quòd nullo pacto uictus uictori ueniat in expenſis cõdemnandus, quum ob hanc credulitatem iuſtam habuerit cauſam litigandi,quæ releuat ab expenſis.l. qui ſolidum.§.etiam.de lega.ij.& ideo tale iuramentum non tantum excuſat à calumnia,ſed etiam à temeritate,ſecundum Iaco.Butriga.Quod tamen non obſtat ad deciſionem tex. noſtri,ut dicit Bart.qui reſidet cum Guiliel.de Cun. Nam differentia lata eſt inter Calumniam, & Temeritatem: * & ideo 2
ex ſeparatis non fit illatio.l. papin. exuli.ff. de mino. c.quod translationem.de offi.lega. Calumnia enim in animo conſiſtit,& ex dolo oritur:ut per fraudem & ſubdolam rationem, aduerſarius in lite uexetur. Temeritas uero: quæ malè,ſtultè,& inconſultè prouenit.Vnde temerarius, qui facilè, nullo adhibito conſilio,credit:ut eſt text.in l.j.in fin.princ.ff.de eo per quem factum erit.cap.nullum.xxx.q.v.& teſtes etiam ſunt de re hac grammatici.Quare iuri conſonum eſt,ut ob diuerſa facta, diuerſimode quis puniatur: ut dixi in l.ij. in reſponſione,ad rationem dubitandi,ſuprà eo.Igitur ex temeritate ſua quis in expenſis punitur:ut quia incõſultè litem intentarit.l.eũ quem temere.in prin. ff. eo. quæ quidem temeritas ſub calumnia (quum ab ea diuerſa ſit) comprehendi nõ poteſt, ut ſtatim demonſtraui.Noto primò ex hoc textu, * quod 3
uictus uictori à quocũq; iudice condemnari debet,in expenſis ſolitis in lite factis,taxandis iuramento uictoris.Ad idem bonus text.ultra eos,qui per Docto. adducuntur, in c. cum olim.il.ij.uerſi.iudices autem.extrà de priuileg. Et pondera quod dicit text.de expenſis ſolitis:quia expenſæ inconſuetæ non ueniunt in cõdemnationem,quum in eis conſuetudo & ſtatus perſonarum attendi debeat: nam non audiretur ruſticus,ſi expenſas pro equo factas repeteret.glo.in l.idemq;.§.

idem labeo.ff.manda.ubi Docto. nec ſi in bono hoſpitio,ubi nobiles recipiuntur, perdicibus & coturnicibus ueſci uoluiſſet:quum caſeo & fabis contentus in hoſpitiolo eſſe debuiſſet.gloſſ.in l.ſeruis urbanis.in princ.ff.de legat.iij. uel ſi quis maiora honoraria, quàm conſuetudo uel ſtylus exigeret, ex liberalitate quadam aduocato elargitus eſſet : quum ſtylus curiarum ſeruandus ſit.l.ij.C.quemadm. teſta.aper. & ponit Decius conſi.dcxcix.accepi.col.j.ulti.uolum.Et quomodo haberi debeat ratio expenſarum,latè tractat Iaſ. in iij. quæſt.colum.iiij. Et quod dicitur de expenſis iuramento uictoris taxandis, intellige (& iſtud nota) facta prius taxatione per iudicem,antequàm deferatur iuramentum:quia ſemel delato iuramento non poteſt amplius iudex taxare. autent. poſt iuſiurandum.infrà eo.de quo per Iaſ.hìc.in ij.not. colũ. viij. & ratio eſt:ne taxando poſt iuramentum,detegat periurium uictoris:cui lex fidem adhibet:ut dicit Bart.in l.uideamus.§.iurare.in fi.ff.de in litem iuran. Aduertesq́;, dum eris iudex,ut in huiuſmodi expenſis litium moderandis, æquitatem ſemper præ oculis habeas:ut edocet Luc.de Penna,in l. mediterraneæ. C. de anno.& tribu.libro x.Amplia nunc,& reſtringe iſtud notabile,ut per Docto.hìc:pręcipuè per Alexand. & Iaſ. qui pleno calamo materiam diſcutiunt. Vnum tamen addo,dum Alexan. col.ij.dicit,opin. illorum, qui tenent, ꝙ non obſtante ſtatuto,uictus, qui habuit iuſtam cauſam litigandi, non poſsit in expenſis condemnari, ꝙ contrarium uiſus fuit ipſe tenere in conſil. clxxxiij. uiſo puncto quæſtionis. ad fi.uolum. v. & dum Iaſ.quærit, an in criminalibus uictus uictori in expenſis debeat condemnari. adde Barto.quem ipſe non adducit,in autent.de manda. princi.§. deinde.colla.iij.qui plenius, quàm in l.pen. C.de fructi. & litium expen. iſtud tangit. & adde caſum ſingularem, in quo non uictus uictori, ſed uictor uicto condemnatur in expenſis.in §.& iudicare.ubi Accur.& Barto.notant.in auten.de defenſo. ciui. colla.iij. Neceſſariò nunc ſciendum eſt, * an in huiuſmodi taxatione expenſarum requiratur citatio alterius

4 

rius partis. Bald. in l. terminato. colum. ij. C. de fructi. & litium expen. reſpondit quòd non. Refert, & ſequitur Iaſo. in l. nec quicquam. ſ. ubi decretum. colum. viij. in xvij. fallentia. ff. de offic. proconſul. Quod ſuadetur optima ratione. Nam non poteſt appellari ab omiſsione condemnationis expenſarum, l. fina. ubi Barto. C. quando pro. non eſt neceſ. Iaſ. hîc in ſecundo nota. ſi non appellatur, non requiritur in hoc cauſæ cognitio: quum ab his quæ non requirunt cauſæ cognitionem, non liceat appellare. l. fina. ff. de appella. recipi. ſi non requiritur cauſæ cognitio, ergo nec citatio. l. in cauſæ. ſ. cauſa cognita. ff. de minor. ſed aduerte, quia iſtud argumentum non procedit: nam fateor, ſi omittitur condemnatio, quòd nõ requiritur cauſæ cognitio: ſed nos loquimur, quando ſit condemnatio, & ſubſequitur taxatio, an in hoc requiratur citatio alterius partis. de quo dic latius ut per dominum meum Ioan. Fran. Ripam, in c. j. num. lxxxviij. uerſi. ultra Abba. quæritur. extrà de iudicijs. Noto ſecũdò ex hoc ſ. * quòd ſi iudex omittat condemnationem expenſarum, ipſe de ære proprio, eas parti læſæ reſarcire tenetur. Concord. text. in l. ſancimus. in fin. infrà eod. Intelligere debes, & declarare iſtud not. ut procedat, ſi à parte petita ſit condemnatio: aliàs ſecus: ut per Barto. hîc. in ulti. quæſt. Quem articulum, quum Iaſ. in colum. penult. & fin. diffuſè tractet, ulterius non proſequor. 5

### * L. IVRIS ORDINEM. C. DE IVRISD. OMNIVM IVDI.

1 *Terminus, Actor, ſeu Agere, eſt æquiuocus.*
2 *Reus duobus modis dici poteſt.*
3 *Domicilij deſcriptio.*
4 *Rationes dubitandi & decidendi.*
5 *Ordo ſeruandus eſt in unaquaq; re.*
6 *Domicilium ubi quis habere dicatur.*
7 *An quis conueniri poßit in loco prioris domicilij: quod habebat tempore contractus. Et de intelligentia l. circa. uerſi. nam ubi, &c.*

8 *Actor ſequitur forum rei. Cum amplia, & limita.*
9 *In criminalibus an accuſator ſequatur forum rei.*
10 *Singul. limitatio ad hunc text. ut procedat in reo neceſſario: non autem uoluntario.*
11 *Quot modis poßit quis ſortiri forum. Vbi uide nouum modum.*

Iuris ordinem. Prémittere debent iuniores pro terminorũ intelligẽtia,* quòd iſte
1 terminus Actor, ſeu Agere, eſt æquiuocus. Agere enim generaliter dicitur is, qui ſiue uerbis, ſiue re, aliquid tractat. l. labeo. la. ij. ff. de uerb. ſigni. Strictius agere capitur, pro ea perſecutione, quam quis in iudicio facit, ut id cõſequatur, quod ſibi debetur: unde actor, & actio dicitur. inſtitut. de actio. in princ. & iſto modo accipitur in l. noſtra actor. Reliqua huius termini ſignificata uide per Albe. de Roſa. in ſuo Dictiona-
2 rio. Reus uerò duobus modis dici poteſt: * primò dicit̃ reus à re, deriuando, ut facit Accur. in l. j. ff. de duob. reis. & inſtit. eo. in prin. & ſic quacunq; actione, ſiue ad dandum, ſiue ad faciendum, quis aſtringatur, reus dici poterit: quum rei appellatio latíſsima ſit. l. rei appellatio. ff. de uerbo. ſignifi. adeò ut perſonas, quarum gratia omnia creata ſunt, comprehendat. l. omnia. §. fin. ff. de lega. ij. dixi in l. placuit. in fi. primæ conclu. ſuprà de iudi. & de hoc reo in l. noſtra uerba facimus. Quandoq; à reatu dicitur reus: & is eſt, contra quem ob delictum, ſeu reatum, uel per accuſationem, inquiſitionem, aut denuntiationem proceditur: ut habetur in c. qualiter. il. ij. extrà de accuſa. & de hoc loquitur l. in criminali. infrà eo. l. reo. ff. de ſolutio. & habetur toto tit. ff. & C. de cuſto. & exhi. reorum.
3 Secundò præmitto, * quid ſit domicilium: puto ita deſcribi poſſe: Domicilium dicitur, quum quis in aliqua ciuitate per decennium habitauit. l. ij. C. de incolis. lib. x. probaturq; hæc deſcriptio apud grammaticos, qui dicunt, Domicilium eſt habitatio longi temporis. Nos uerò dicimus, longũ tempus de decem annis regulariter dici. gl. in rub. C. quæ ſit longa conſuet. not. Iaſ. in §. fuerat. colum. v. ad medium. inſtit. de actio.

actio. Et hoc quod dico, intelligo, quando ſumus in dubio: & ſic in domicilio præſumpto. nam ſi ſumus in caſu certo, ut quia conſtet de animo habitantis, uel ſtatim conſtituitur domicilium, uel nunquàm; ut eleganter diſtinguit exemplificando in ſcholari, Bart. in l. lex cornel. §. ſi tamen in fundum. ff. de iniur. uerſic. tu dic quod quandoque. de quo uide per Panorm. in procem. decret. colum. vj. Diuiditur hæc l. in duas. In prima thematis tacitè illati deciſio. In ſecunda deciſionis illatio, ſeu extenſio. Secunda ibi, nam ubi. Summatur ita: Actor rei forum ſequitur, quod de præſenti reus ſortitur, uel tempore contractus ſortiebatur. Ratio dubitandi * ad hunc text. quam per modum oppo. formare poſſem, ſumi potuit de text. in l. de die. in princi. ff. qui ſatiſdat. cogan. iuncta doctri. Barto. & cæterorum ibi. nec non & Decij in l. fauorabiliores. ff. de regul. iuris. ubi habetur, quòd circa ea quæ præparationem iudiciorum concernunt, potius fauetur actori, quàm reo. Nos hic tractamus de competentia, uel incompetentia iudicis: quæ cum ſit exceptio dilatoria ante litem conteſtatam, proponi debet l. ſed & ſi ſuſceperit. in prin. ff. de iudi. notatur in l. exceptionem. C. de probationibus. ea uerò de quibus ante litis conteſtationem tractari contingit, præparatoria appellamus: ut latè dixi in rubr. ſuprà de iudi. Ergo in hoc magis actori fauendum eſſet, ut reus eius forum ſequeretur, non ipſe rei. Hoc non obſtante contrarium deciditur: & ratio fuit, quia reus inuitus, ab actore ad iudiciũ trahitur. l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de uerb. oblig. unde eum fugientem appellat Iuſtinianus, in l. properandum. §. & ſi quidem. & §. ſin autem reus. ſuprà eo. ſi in hoc grauatur reus, quantum ad iſtud, in alio honoratur, & alleuiatur, ut actor eius forum ſequatur. arg. l. eum qui. in prin. ff. de iureiur. Non obſtat, quod in contrarium adduxi: quia fateor uerum: ſed dico excipi hunc caſum per rationem prædictam, qui fuit ſcriptus in l. iij. in princi. ff. de alie. iudi. mutan. cauſa. Præterea licet competentia uel incompetentia iudicis litis ordinationem reſpiciat: attamen quòd reus acto-

ris forum ſequatur,concernit totam cauſam,nõ partem cauſæ: & ſic principium,medium,& finem præcipuè: id eſt,ſententiam, ad quam totus actus iudiciarius reſoluitur. §. curare.inſtit.de action. Et ideo non mirum, ſi in hoc reo faueatur,per ea quæ concludunt Docto.in dict.l.de die.per dict.l.
5 fauorabiliores.de regul.iur. in text.ibi,iuris ordinem. * Noto quòd ordo à iure præfixus ſeruandus eſt, nec conuerti debet; conuertitur enim ordo iuris, quum actor uult reum ſequi forum eius, non ipſe rei; aduerſus dict.l.iij.in princ.de alien. & text.quos gloſſ.pro concor. adducit. Ad idem facit l.prolatam. C. de ſentent.& interd.omn.iudi. qui text. uult iudicem non aliter ſententiam ferre poſſe,quæ ualida ſit, niſi ſeruato ſolito iudiciorum ordine. Naturæ quoq; ordo conuerti dicitur, quum filius, qui patri ſuperuiuere debet, præmoritur.l.nam & ſi parentibus.in princi. ff. de inoffi.teſtam. Hinc dixit Bulg. gloſſator antiquus, ut ibi refert Accurſi. Ordine turbato, ſuccedis Bulgare nato. Et generaliter in quocunque opere uerſemur, in eo ordinem debitum ſeruare debemus. Ordo enim eſt figura ſubſtantiæ uniuſcuiuſque rei. Hinc, Scire quid facias, neſcire autem quo ordine, non eſt perfectæ cognitionis, inquit Iaſo.referens Bald. in rubr. C.de iure emphy. nam ex non ſeruato ordine, ſubſequi ſolet confuſio. §. inordinatum. in autent. de hære. & falcid. in text.ibi,Nam ubi domicilium. Noto, quòd actor tenetur ſequi forum rei, in eo loco, in quo reus ipſe domicilium habet.concordat text.in l.hæres abſens.§.fin. ff. de iudic. & in c.dilecti.extrà de foro compet. Vbi autem quis dicatur ha-
6 bere domicilium, * Accur.ſe remittit ad l.eius.§. fina. (imò debet dicere per totam l.ff.)ad municipal.cum aliis concord. de quibus per eum. Breuiter dico,quem diuerſis in locis domicilium poſſe habere.l.labeo.ff.ad municip. Eſt tamen uerum, quòd propriè ibi quis domicilium habere dici poteſt, aut ubi larem fouet, aut fortunarum ſuarum maiorem partem habet,uel ubi aſsiduè cõuerſatur.l.ij.C.ubi ſena.uel clariſ.l.ciues.in ſecundo reſponſo.C.de inco.lib.x.Quod tamen

de aſsidua

de aſsidua conuerſatione diximus, intelligit Cynus in dict. l. ſecunda. ut procedat, ſi fuerit aſsidua conuerſatio per decennium, aliàs ſecus: ut refert Paul. Caſtr. hic. de quo latius per Panorm. in c. ex parte. colum. iij. de foro competen. Ego puto Cyn. opinionem ueram eſſe: ubi animus illius aſsiduè conuerſantis ex nullo actu exteriori manifeſtatur, ſed ex ipſa ſola conuerſatione: & ſic quando ſumus in caſu dubio, & domicilio præſumpto: per ea quæ dixi ſuprà in euidentialibus. Non ſi per exteriores actus animus declaretur: quod non ſolùm uerbo, ſed & facto effici poteſt. §. pauonum, cum gloſſ. inſtit. de re. diui. c. ex ſtudijs. ubi Panormit. de præſump. melior text. in l. de quibus. circa fin. ff. de legi. quia hoc caſu ex animo declarato per factum & re ipſa, per aſsiduam conuerſationem conſtituetur domicilium: nec requiritur decēnium. Caſus eſt notandus in d. l. eius qui. §. primo. ff. ad munic. qui non admittit iſtam temporis diſtinctionem. Quæ autem differentia inter originem & domicilium ſit, edocet Barto. poſt Accur. in dict. l. eius qui. §. celſus. in text. ibi, uel tempore contractus habuit, licet hoc poſtea tranſtulerit. Noto ex mente Barto. hic unum ſingulare,* quòd licet quis mutauerit domicilium, tamen poteſt conueniri in 7
loco prioris domicilij, quod habebat tempore celebrati contractus. Iſtud notabile apud Canoniſtas in c. propoſuiſti. de foro competent. non recipitur: ipſi enim (ut inquit ibi Panorm. col. ij.) dicunt iſtud eſſe contra eorum text. & in l. cum quædā puella. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. ſi quis poſteaquàm. ff. de iudi. ſi ita ut dicit Bart. l. noſtra intelligatur. Quare putant tex. noſtrū debere hoc modo intelligi, ꝙ contractus fuerit celebratus in loco ipſo domicilij: & procedat hæc lex, non ea ratione, quia ibi reus domicilium habuerit: ſed quia contractus ibi celebratus fuerit. Vnde ceſſante uno uinculo, ſcilicet domicilij, non ceſſat aliud, ſcilicet contractus celebrati. arg. §. affinitatis. inſtit. de nupt. Quid dicendum? paſſus eſt dubius, & ab utraqȝ parte diſputabilis. Pro opinione Canoñ. urgent eorum fortia fundamenta. Primò text. in c. translato,

de conſti.

de conſti.dicitur ibi, Translato ſacerdotio, fit translatio legis: ita translato domicilio,fit & translatio legis domicilij. Ex quo datur intelligi,hac ſola domicilij ratione attẽta, quẽ, mutato domicilio, priori foro eſſe ſolutum. Secundò urget aliud eorum fundamentum:nam ſi diceremus text.noſtrum, quando contractus fuit celebratus in priori domicilio, non intelligi: ſequeretur per dictionem,tantum, de qua in text. noſtro,quę eſt reſtrictiua,quum orationi affirmatiuè adijciatur,ut inquit Bart.in l.j.in princ.ff.ſi quis ius di.non obtempe.quòd ratione cõtractus non ſortiretur quis forum. quod dicere,eſſet abſurdum.l.hæres abſens.§.fin.de iudi.Tertiò facit,quia iſtud eſt de directo dicere, contra caſum d.l.cũ quædam puella.& d.l.ſi quis poſteaquàm.in quibus iuribus habetur,quem mutato foro non teneri reſpondere coram priori iudice,niſi priuſquàm mutaret,præuentus eſſet. Defendẽdo Bart.poſſumus dicere,quòd quum text. noſter loquatur generaliter, non eſt admittenda talis reſtrictio: ut intelligamus potius de cõtractu celebrato in loco domicilij, quàm in alio.Quinimo Imperator ſolum ſe fundat in ea ratione,quòd reus conueniri poſsit, ubi domiciliũ habet,uel tempore contractus habuit,aliter non ſpecificando.Quũ ergo lex non diſtinguat,nec noſtrum eſt diſtinguere,uulg. l. de precio. ff.de publicia.Non obſtat c.translato.quia dico,quòd quando fit translatio legis, debet eo pacto fieri, ne præteritis negocijs diſpendium imponat.l.leges.la.ij. c.de legi.c.ij.& fi.eo. titu. de conſtit. ubi docto. & ibi recolo me multa bona habuiſſe à clariſsimo Iuriſconſ. patre & præceptore meo colendiſsimo, domino Petro de ſancto Georgio. Ita dico in propoſito, ut mutato domicilio,ſortiatur quis forum tantummodo poſterioris domicilij,in contractibus celebratis poſt translationẽ: ſecus autem in cõtractibus celebratis antè:quia mutatio iſta iam factis contractibus non debet inferre diſpendium, quia poteſt eſſe,quòd quis non contraxiſſet, niſi ſub eo animo, ut reum in loco domicilij, quod tunc haberet,conuenire poſſet. Non obſtat etiam quod adducitur de dictione tantum: quia

ad id

ad id dupliciter reſpondeo. Primò,ex mente Accur. hic,qui dicit, illam taxatiuam tantùm, excludere ſolum actoris domicilium,non autem rei,ſi alium forum habeat,diuerſa ratione:puta,contractus celebrati.dicta l.hæres abſens.§.fina. Secundò reſpondeo,quòd illa taxatiua tantùm, poteſt extendi ad alium caſum,in quo eadẽ, uel ſimilis ratio militet. l.ob æs. ubi Accur.notat.C.de prædijs mino.eadem autem ratio militat,quòd quis ſortiatur forum ratione contractus,ſicut domicilij:quum iſti caſus parificentur.dicta l.hæres abſens.§.fi. & l.contraxiſſe.ff.de actio.& obligatio. Reſtat nunc reſpondere illis maledictis iuribus:ſcilicet l.cum quædã. & l.ſi quis poſteaquàm.& cap. propoſuiſti. quibus ſi reſpondere nobis dabitur,ſilebunt Canoniſtæ. Dico ergo, quòd non obſtat l. cum quædam. quia illa loquitur in mutatione domicilij neceſſaria, propter quam non attenditur domicilium, quod ea puella habebat tempore celebrati contractus:quum etiã nolens,teneatur ſequi forum uiri.l.exigere. ff.de iudi.l.fin.C.de incolis.lib.x.& ideo ibi eſt caſus ſpecialis. Non obſtat etiam cap.propoſuiſti.& l.ſi quis poſteaquàm:quia reſpõdeo,quòd illa iura quæ dicunt, Alterius iuriſdictionis,uel alterius fori eſſe cœperit,debẽt intelligi,ex alia cauſa,quàm ex cauſa mutationis domicilij. Et ſi dicant Cano. (in quorum tamen numero ſum, etſi indignus, licet non in hoc puncto) tu uiolas hos text.hoc modo reſtringendo: dico ego, etiam uos pari, quinimo maiori morbo laboratis, dum uultis facere, quòd Imperator aliter loquatur, quàm fuerit eius mentis, & propoſiti:ut eius uerba demonſtrant,& ſuprà oſtẽdi. Et ideo uides,quòd proprijs armis confunduntur.Præterea clarum eſt quòd l.noſtra loquitur expreſsè,& præcisè decidendo: iura uerò contraria probant tantummodo,ſumendo argumẽtum à contrario:ut potes uidere. Sed uulgatum eſt,argumentum à contrario ſenſu non procedere, ubi reſultat abſonus intellectus:& ſubauditus intellectus eſt prauus. l.conuenticula. C.de epiſco.& cleri. l.ij. C.de conditio.inſer. Docto. notant in l.j.in princip. ff.de offic. eius cui man.eſt iuriſdi. Et ideo ſi

uolumus, quòd in illis iuribus argumentum tale procedat: ut euitetur abſurdus intellectus, neceſſe eſt fateri, quòd debemus exponere ea uerba, ut ſuprà feci: quò iura iuribus concordentur. iuxta l.j.C.de inoffi. dotibus. Et quòd ſequatur abſurdũ,niſi ita intelligamus,patet: quia aufertur actori commodum conueniendi reum coram iudice prioris domicilij.Is autem qui commodum amittit, damnum pati intelligitur.l.ij.§.merito. ff.ne quid in loco publi.ergo ne ſequatur abſurdum,quòd actor indebitè ex facto rei damnum ſentiat, procedent illi text.ut ſuprà diximus. Aduertendum tamen eſt,ad explanationem illorum uerborum, Alterius fori,&c. quam ſuprà feci:quia intelligo eam procedere in caſu tãtum argumẽti ſumpti à contrario ſenſu:ne aliâs ſequeretur,quòd ubi domicilium de præſenti habet reus, conueniri non poſſet:quod eſſet aduerſus claram deciſionem l.noſtræ,& rationem illorum iurium. Et ſic habes notabile Bartol.ex his deſenſatum:& ex eo præcipuè, quod tradit Panormita. in c.ſignificaſti.colum.fin.de foro competen.ubi decidit argumentum à contrario ſenſu nullatenus procedere, quãdo expreſsè reperitur deciſum contrarium in iure, ut uides contingere in caſu noſtro. Expeditis notabilibus, totam legis noſtræ materiam amplectendo facio concluſionẽ,& ad eam ampliationes & limitationes.Erit igitur concluſio:*Actor ſequi tenetur forum rei. Fundamentum huius concluſionis ſtat

8 potiſſimum in hoc tex.qui ad hoc paſsim allegatur: & in iuribus adductis per Accur.in gloſ.ſequatur.Addo tex.clarum de iure digeſtorum, qui non ſolet allegari,in l.iij. in princip. ff.de alie.iudi.mu.cauſa facta. ibi dicitur, Quia & ſi cum eo, qui alterius prouincię eſt, experiar:in illius prouincia experiri debeo. Ratio fundamẽtalis ſatis clarè deprehendi poteſt ex ratione decidendi,& ex reſpõſione ad rationem dubitandi:amplius non repeto. Ampliatur hæc concluſio aliquot no-

9 tabilibus modis. * Primò,ut non tantùm procedat in cauſis pecuniarijs,uerum etiam in criminalibus.l.in criminali.infrà eod.qui tex.eſt ſingularis,ſecundum Bart.& Paul.Caſtr.ibi.

Habet

Habet tamen iſta ampliatio ſanè probabile dubium, utpote quia contrarium omnino dicendum uideatur: ex quo reus, qui ex delicto ſuo deberet incidere in pœnam, reportat commodum, ut coram ſuo iudice, non alieno, conueniatur. quod repugnat regulæ. l. ſiue hæreditaria. ff. de nego. geſt. & l. relegatorum. §. fi. ff. de interdi. & relega. Reſponderi poteſt, iſtud non obſtare: quia ſatis plectetur reus pœnis legalibus, quibus à iudice ſecundum delicti qualitatem ueniet cruciãdus. l. reſpiciendum. l. hodie. ff. de pœnis. & ideo ei amplior nõ eſt danda afflictio. l. diuus. ff. de offic. præſi. Præterea, antequàm liquidò conſtet de delicto, non eſt quis puniendus. l. qui ſententiam. C. de pœnis. l. final. C. de probatio. cap. nos in quemquam. & ferè per totam quæſtionem. ij. quæſt. j. & ideo quum in ipſo litis ingreſſu nondum poſſit plenè cõſtare de delicto, non eſt reus in hoc puniendus: ut quia pœna egredi non debeat delictum. l. reſcriptum. ff. de his quibus ut indig. d. l. reſpiciendum. in princip. ff. de pœnis. Videmus quoq; in cauſis iſtis criminalibus magis reo, quàm accuſatori deferri: ut quia maiores, ſeu ampliores dilationes dentur. l. fina. ff. de ferijs. dixi in l. properandum. ſuprà de iudi. in rationibus dubitandi & decidendi. Amplia ſecundò, ut iſta concluſio etiam procedat de iure canonico, attento rigore, ut clericus laicum cõueniat in foro ipſius laici. cap. ſi clericus. & cap. cum ſit generale. extrà de foro competen. Licet de conſuetudine aliter ſeruetur in pleriſq; regionibus, ut inquit Pont. in dict. c. ſi clericus. quod tamen intellige, & latius declara, ut per Panorm. ibi, colum. ij. cum ſequen. Ampliatur tertiò iſta concluſio, ut non ſolùm procedat reo inuito & reclamante: ſed etiã eo uolente, & conſentiente. tex. eſt in l. in criminali. ij. reſponſo. infrà eod. quod uidetur contra omnia iura de mundo: quibus habetur, conſenſu partium prorogari iuriſdictionem in iudicem non ſuum. l. j. ſuprà eod. l. j. ff. de iudi. Solue tamen iſtud, & declara, ut per Barto. & Paul. Caſtren. ibi, & per Panormi. in cap. ſi diligenti. colum. vj. de foro compe. Limitatur nunc

concluſio noſtra octo notabilibus modis,ut per Barto.Socy.
in ſuis fallentijs.Regula xv. incip. Actor regulariter:ubi in
fine ponit mirabilem cautelã, per quam ferè nunquàm actor
10 ſequetur forum rei,& ſic dicetur ea nona limitatio.*Inter cæ
teras notanda eſt ſecunda ſua fallentia, ut l.noſtra procedat
in reo neceſſario, qui cogitur uenire ad iudicium:non autem
in uoluntario,ut eſt caſus ſingularis de iure digeſtorum,in l.
uenditor.ff.de iudi.ad idem text.in l.j.infrà ubi in rem actio.
Iſtam limitationem ponit Paul.Caſtr.hic in princip.ſui com-
menti.licet de eo Socy.non faciat mentionem:quum de uer-
bo ad uerbum dicta ſua tranſportarit, & iſtum caſum nota:
quia firmat omnino meam rationẽ decidendi.Limitatur alio
modo,& ſic decimo,& quidem ſingulariter,ut per Panormi.
in repeti.cap.ſi quis contra clericum. colum.ij.in princip.de
foro competen. Limito ego undecimo, ut non procedat in
caſu l.ij.ubi Accur. C.de ſuarijs & ſuſcep.libro xj. Alias li-
mitationes uide plenè per Spec.quem refert Pau.hic in titu.
11 de competen.iudicis aditione.§.j.qui ponit LII. fallentias.
Poſtremò ſciendum eſt neceſſariò,* quot modis quis ſortia-
tur forum.Accur.hic ſe remittit ad dicta per eum in l.hæres
abſens.§.fin.ff.de iudi. Ibi potes uidere xiij. notabiles caſus,
quibus ſortitur quis forum. Extra quos, annotandi ſunt
quinque,quos utile eſſe putaui hic inſerere.Primò, non tan-
tùm ſortitur quis forum ratione contractus, ſed etiam ratio-
ne quaſi contractus.tex.eſt in dicta l.hæres abſens.in princi.
ff.de iudi. nam hæres adeundo hæreditatem, dicitur quaſi
contrahere cum creditoribus & legatarijs.§.hæres quoque.
inſtitu.de obliga.quæ ex quaſi contractu.ponit pulchrè Iaſo.
in l.nemo poteſt. in ij.lectu. colum.iij. circa princip. ff.de le-
gatis primo.& ideo ex illo quaſi contractu ſortitur quis fo-
rum:ut ibi conueniatur, ubi defunctus conueniri potuiſſet.
Secundò,ſortitur quis forum ratione diſtractus.exemplum:
Vendidi equum Mediolani Sempronio: dum ſumus in hac
ciuitate Taurini, dolo induxi Sempronium,ut ab emptione
diſcede

diſcederet, & ſic inter nos factus fuit diſtractus, quod fieri poteſt. l. ab emptione. ff. de pactis. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. nunc Sempronius comperto dolo, uult me conuenire, ut in priori ſtatu reponatur. Dico quòd poteſt me cōuenire in loco celebrati diſtractus: quum bonum ſit argumentum de contractu ad diſtractum: ſecundum Bartol. in d. l. ab emptione, in ſecundo not. & in l. & eleganter. in princip. col. iij. ff. de dolo. & probatur clarè in d. l. ab emptione. Cogita quia non reperio ab alio tactum. Tertiò, ſortitur quis forum ratione iuramenti, quia laicus ob præſtitum iuramentum conueniri poteſt coram iudice eccleſiaſtico, eſt text. ad literam, in c. fin. de foro competen. libro vj. Quartò, ratione conſuetudinis, quum cōſuetudo tribuat iuriſdictionem. gloſ. in l. fin. C. de arbitris. c. j. cum glo. in §. neque. de foro competen. in vj. Alexand. conſil. ccxl. perſpectis. uolum. vj. Quintò & ultimò, pro nunc, reperio, quem ſortiri forum ratione ſocietatis ſeu conſortiæ. Iſtud eſt, quod uoluit Paul. Caſtrenſ. in l. præcipimus. in finalibus uerbis. C. de appellation. qui exemplum tale ponit: Habeo cauſam cum clerico & laico ſuper aliquo iure indiuiſibili, puta ſeruitutis; ſicut conuenio clericum coram epiſcopo, ita & laicum conuenire poſſum. Ita etiam ratione dignitatis maioris iudicis: utputa ſi eccleſiaſticus & ſecularis ex cauſa ſimul iudicauerint, tam laicus, quàm clericus appellabunt ad eccleſiaſticum, ut notanter declarat Bartol. in dicta l. prima. §. ſi quis in appellatione. in penultima quæſtione. ff. de appellation. Nec iſta ſunt inconuenientia: ut quia ratione ſocietatis ſeu conſortiæ multa ſpecialia concedantur, quæ aliàs non permitterentur. l. ij. ubi docto. C. de conſor. eiuſdem litis. ponunt Canoniſt. in capit. cum M. Ferrarienſis. in gloſ. prima. de conſtitution. faciunt quæ pulchrè congerit Iaſon in l. ſi emancipati. colum. tertia. C. de collation. Alios modos quibus ſortiatur quis forum, collige ex Specul. in dicto §. primo. in titul. de competen. iud. aditio. Et ex his habes expeditam hanc legem.

L. PRIVATORVM. C. EOD.

1 *Iurisdictio duplex: Voluntaria, & Contentioſa.*
2 *An uera ſit differentia, quæ conſtituitur inter has iurisdictiones.*
3 *Prorogare iurisdictionem quid ſit. Et quot modis fiat prorogatio.*
4 *Priuati qui dicantur: præſertim in l. noſtra.*
5 *Priuatorum conſenſu iurisdictio non confertur.*
6 *Iurisdictio licet à priuatis conferri non poſſit, poteſt tamen prorogari.*
7 *Prorogatio iuridica quomodo fiat.*
8 *An ſecundum reſponſum legis noſtræ ſit ſuperfluum, & de indubitabili.*

Priuatorum. Conſiſtit tota huius legis intelligentia in terminorum cognitione. Quare pri-
1 mo loco præmittendum nobis eſt, * Iuriſdictionem duobus modis principaliter dici poſſe. Alia enim eſt iuriſdictio uoluntaria: alia contentioſa. Voluntaria nempe ea dicitur, quæ in uolentem redditur, & exercetur. Verbi gratia: Pater non cogitur emancipare filium. l. filiusfamil. §. ſecundum uulgarem. ff. de lega. primo. §. fin. Inſtit. quib. mod. ius patriæ pote. ſol. ſi tamen ſponte & ex uoluntate propria decernat emancipare, ſubibit iuriſdictionem iudicis, non quidem neceſſariò, & per contentionem: ſed ex proprio animi motu. Et ideo talis iuriſdictio, quum in inuitum non reddatur, dicetur uoluntaria: & de hac loquitur text. in l. j. in l. penul. & fin. C. de emancip. liber. & in §. præterea. Inſtit. quibus mod. ius patr. Potes etiam exemplificare in eo, qui ſibi aliquem in filium uel nepotem adoptare uult: aut in domino, qui ſeruum uult manumittere, de quibus in §. j. Inſtit. de adoption. & in l. j. C. eod. & in §. ſerui. Inſtit. de liberti. uel potes exemplum ponere in inſtrumentis guarentigiatis: ad quod inſtrumentum faciendum, debitor compelli non poteſt: ſi tamen concordet cum creditore, & accedant ambo ad notarium (qui dicitur iudex chartularius) & dicat debitor notario, Facias inſtrumentum, quòd ego debeo Titio centum: & creditor acceptet: de-

mum

mum notarius præcipiat debitori, ut intrà certum tempus ſoluat:certè appellamus iuriſdictionẽ iſtius iudicis chartularij,uoluntariam:ut quia non cogantur partes ex neceſsitate, ſed ex uoluntate ſola, coram eo tale negocium pertractare. Iſtud eſt,quod uoluit dominus Iaſ.qui dicit ſe intellexiſſe uerba obſcura,& intricata Barto.ibi,in l.j.§.ſi quis ita. col.antepenul.ad medium.ff.de uerb.obliga. Contentioſa uerò iuriſdictio dicitur ea,quæ in inuitum redditur, ſeu exercetur.l. j. ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.ut quia reus ad iudicium inuitus uenire dicatur.l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de uerb.oblig. & diximus in l.proxima.Hanc inter has iuriſdictiones differentiam ſenſit paucis uerbis Accurſ.in d. l.j. C.de adoptio.& in l. ij.ubi de his Iuriſconſul. expreſſam mentionem facit. ff. de offic.proconſ.& leg. Dicitur autem,contentioſa (ut opinor) à contendendo: ut declarat Iuſtinianus in l.j.in princip. C. de iuramen. calum. & ad differentiam uoluntariæ, in qua non contenditur,ut uidiſtis.Aduerſus iſtud oppono: * & uidetur dicendũ, quòd non ſit dare iuriſdictionẽ cõtentioſam: 2 nam etſi ex parte rei iudicium in inuitum reddatur, attamẽ non poteſt iſtud dici ex parte actoris: ut apparet ex rubr.& nigro. C. ut nemo inuitus agere uel accuſ. cogatur. & ideo quum, an reddatur iudicium uel ne, pendeat ex uoluntate mera actoris,dicenda eſt potius iuriſdictio uoluntaria, quàm contentioſa: denominatione facta à parte digniori,& principaliori.arg. l.quæritur. ff.de ſtatu homi.& eorum quæ ponit Iaſ.in l.imperium.colum. iij. in princip. per illum text. ff. de iuriſdict.omn.iudic. Solutio,licet quo ad actum deueniendi in iudicium,non dicatur ex parte actoris contentioſa: iſtud nihil ad rem: nam ſi conſideras, eadem ratio militat in reo: quia antequàm uocetur in ius, non poteſt dici, reddi iudiciũ in eum inuitum. Et ideo dico, quòd ex parte iudicis, ex eo, quòd creatus eſt iudex, ſemper habet iſtam iuriſdictionem contentioſam: ſed quo ad eos qui ſunt litigaturi,non dicitur ſuſcipere effectum,niſi emiſſo citatorio:quare facta citatione ita redditur iudicium in actorem inuitum, ſicut in reum.

autent.

autent. qui ſemel. C.quomodo & quādo iudex. l. properandum.§.& ſiquidem.ſuprà de iudic. & ideo omni reſpectu dicetur contentioſa,& neceſſaria. Intelligite tamen id quod dixi de uoluntaria iuriſdictione,ut procedat reſpectu partium: non autem reſpectu iudicis.Quia ita iudex qui habet iuriſdictionem uoluntariam,ſicut is qui habet neceſſariam, compellitur autoritatem ſuam petentibus impartiri: ut uoluit duobus uerbis Bart. referens Guiliel.in l.j.in princip.ff.de offic.
3 proconſul.& leg.Secundò præmitto,* quid ſit prorogare iuriſdictionē,& quotuplex ſit prorogatio. Reperio,quòd prorogare iuriſdictionem,nil aliud eſt, quàm extendere iuriſdictionem alicuius iudicis : qui aliàs, niſi mediante iſta extenſione, in cauſa, de qua agitur, non fuiſſet iudex competens. Iſtam deſcriptionem collegi ex uerbis Panorm.in cap. ſi diligenti.colum.vj.in princip.de foro competen. & probatur in l.j.ſuprà eod.& in l.j.ff.de iudic.Sicut in ſimili dicimus : prorogare terminum ad ſoluendum,id eſt,extendere:ut habetur notatum in l.qui Romæ.§.callimachus. ff. de uerbo. obliga. Dicitur & prorogari precarium: id eſt, in longius tempus extendi.l.ſed & ſi manente.ff.de precar. Fit autem iſta prorogatio quatuor modis:De perſona,in perſonam : de tempore, ad tempus : de re,ad rem:& de loco,ad locum: ut dixit Bart. in l.ij.in fin.princip.ff.de iudicijs.de prorogatione quæ fit de re,ad rem : declarat optimè Paul.Caſtrenſ.in d.l.ij. §. conuenire. uerſicul.ſed quæro. Quid de prorogatione, quæ fit de loco,ad locum? Vide unum notandum uerbum per eundem Paul.in l.iij.§.final.ff.de condict. ob cauſam. Adde quintam ſpeciem prorogationis de habitu,ad actum: ut declarat idem Paul.in l.j.colum.fin.in princ.ff.de iudic. ubi loquitur de iudice chartulario: de quo ſuprà uerba fecimus.Adde & ſextā ſpeciem,de caſu,ad caſum:ut exemplificat ipſe Paul.Caſtren. in d.l.ij.§.ſed ſi iudex,ad finem.ff.de iudic. Tertiò ſciendum
4 eſt,* quia dicit textus,priuatorum,qui dicantur priuati.Priuati dicuntur,qui non ſunt in aliqua dignitate conſtituti, teſte Calepino. Et ideo omnes qui non reperientur de iure habere di

bere dignitatem, dicentur priuati. unde miles dicetur priuatus, quum non habeat ex militia dignitatem, ut dixit Bart. in l. ex eo. in prima quæſtione. ff. de milit. teſtamen. & ſequitur Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo. col. j. in iiij. not. C. de pact. per text. in l. fin. C. qui mili. poſ. iuncto rubro. & quod dico, intelligo de militia ſimplici, quæ nō habet adminiſtrationem annexam: ut ſunt hi milites, quos gregarios appellamus. Iſtud uoluit Accurſ. in l. j. C. de equeſt. dignit. facit text. in l. fin. ſecundo reſponſo. infrà eo. Aduertendum tamen eſt, quia etſi miles ſimplex non dicatur habere dignitatem, attamen non uidetur poſſe dici priuatus: ut eſt text. ad literam, in l. ne cui. in fin. C. loca. ubi habetur, quòd priuatus legem illam uiolans, acriter cęſus, mittitur in exilium: qui militat, in decē libris auri punitur. Nec eſt dicendum, quòd ibi loquatur de militia cum dignitate, quum text. ſimpliciter loquatur. Puto quòd ibi priuatus non accipiatur ita generaliter, ut hîc dicimus, pro eo qui non habet dignitatem, ſed capiatur pro plebeio, & uili perſona: quum pœna, de qua in eo text. iſtis tantum conueniat, & non grauioribus perſonis, etiam quòd nō ſint in dignitate: ut habetur in l. pedius. ff. de incend. rui. naufrag. ergo remanet firma cōcluſio, quòd priuati dicantur, qui non habent dignitatem: ut eſt text. clarus, qui firmat meam ſolutionem ad l. ne cui. in capit. qui contra. xxiiij. quæſt. j. Secundò priuati dici poſſunt, exempti à iure communi, & ſic priuilegiati: ut eſt text. in capitulo priuilegia. iij. diſtinct. Et pro hoc facit, quia priuilegium dicitur legem priuans. gloſ. in l. quod fauore. in fin. C. de legib. d. cap. priuilegia. & ponit Alexand. in l. centurio. colum. j. ff. de uulgar. & pupilla. ergo is cuius gratia lex priuatur, dicitur priuatus, id eſt, à lege exemptus. Tertiò priuati dicuntur ij, qui non ſunt illuſtres: ut eſt text. ad literam in l. præcipimus. penul. reſponſo. C. de appellation. Quartò reperio, quòd priuatus dicitur quicunq;, citra Imperatorem, etſi quacunque dignitate fulgeat: ut patet ex rub. & l. j. C. ut nemo priuatus. titu. prædijs, &c. Quod extendendum eſt ad ſanctiſs. dominum noſtrum Pontif. ex

maioritate rationis.c.ſolitæ.de maiorita. & obedien.epiſtola, inter claras.c.de ſumma trinit.& fide cathol.cap.nemo. ix.q. iij. Hacq́ prærogatiua, ut hoc modo non dicatur priuatus, gaudet Chriſtianiſs. Francorum Rex, quum ſuperiorem in temporalibus non recognoſcat.c.per uenerabilem. uerſic.in= ſuper.extrà qui filij ſint legit.& dicatur Imperator in ſuo re= gno:ut dicunt Panorm.& Fely.itidem decidentes in alijs Re gibus non recognoſcentibus ſuperiorem,in cap.quæ in eccle ſiarum.in gloſ.j.de conſtitutio.refert & ſequitur auunculus meus dominus Ioan.Franciſ.Balbus.in tracta. præſcrip.in ij. parte.v.principal.uerſic.ſecunda quæſtio eſt. Quinto modo priuati dicuntur illi,quibus nec à lege uiua,uel mortua, con= ceditur poteſtas cōſtituendi uel creandi aliquem in iudicem. Probatur in l.noſtra,& in l.à iudice. ſuprà de iudic. ubi dixi. Et hoc modo dico accipi hîc, quia ſi acciperemus aliquo de prædictis modis:aut nimis larga,uel nimis ſtricta eſſet ſigni= ficatio. Nam non omnes qui habent dignitatem, de quibus in xij.lib.c. habent poteſtatem conſtituendi iudicem, quum non reperiatur iure cautum: nec etiam ſoli illuſtres confe= runt iuriſdictionem:ut d.l.à iudice. & l.j. ff.de iuriſdict.omn. iudic. Et hæc figas memoriæ, quia alibi non reperies. Noto
5 primò ex hoc tex.* quòd conſenſus priuatorum non eſt eius potentiæ,ut poſſit facere iudicem eum, qui nullam iuriſdi= ctionem habet. & ſic priuati immediate iuriſdictionem non conferunt. Ad idem text. non reperies, qui directò,ſicut iſte facit,probet aſſumptum:& ideo eum ſingularem puto. Bene uerum eſt, quòd habet alios concord.ſed arguendo à contra= rio ſenſu, ut ſuo loco uidebimus. Limitatur iſtud not.ſecun= dum Accur.ut procedat in conſenſu duorum, aut trium, uel etiam decem: non autem in conſenſu alicuius collegij.ut hîc per eum.per text.in l.final.infrà eod. Iſta limitatio prout ha= bet duo capita, ita ex utroque non uidetur poſſe ſubſiſtere. Primò inquantum Accurſ.reſtringit deciſionem text. noſtri ad numerum decennarium,non bene dicit: ut aduertit Paul. hîc, quod probat textus, qui indiſtinctè dicit, priuatorum.

Et ideo

Et ideo quum generaliter, & indeterminatè loquatur, generaliter uenit intelligendus.l.j.§.j.ff.de lega.pręſtand. non uideo quomodo poſsit ſaluari Accurſ.niſi dixerimus,quòd nō appoſuit numerum illum gratia reſtringendi, ſed potius exemplificandi: quum non legatur taxatiua, quæ in reſtrictionibus ſolet apponi.l.ob æs.C.de præd.mino.notat Bart.in l.j. in princip.ff.ſi quis ius dicenti non obtemper. & ideo exemplum non reſtringet dictum, ſed potius declarabit. l. damni infecti ſtipul.pertinet.in fin.ff.de damn.infect.l.j.§.quod uulgo.ff.de ui & ui armata. Secundò non uidetur uerum, quod dicitur,collegium conferre iuriſdictionem:quia text. in l.fin. non probat. Nam ille text.hoc ſolùm diſponit, quòd ijs, qui ſunt in collegio,ratione profeſsionis, uel negociationis, non licet declinare forum eorum iudicis: non autem dicit quòd ipſi collegiati conſtituant,& creent ſibi iudicem. Nec admitto expoſitionem Accurſ.ad illum textum: ut quia diuinatiua & uiolenta ſit. Verba ſunt legis:Iudicum,ad quos earundem profeſsionum,ſeu negociationum cura pertinet,&c. Inquit Accur.Pertinet ex electione illorum,qui exercēt.Quis reuelauit Accurſio iſtud?non'ne potuerunt collegiati impetrare à principe,ut ipſis conſtitueretur iudex, non quòd ipſi eligerent? qui ſenſus magis applaudet,ut euitetur legis noſtræ correctio,quæ in hoc corrigetur, ſi teneamus Accur.intellectum. Legum autem correctionem eſſe uitandam, edocet Imperator in l.præcipimus.in fin.C.de appellation.quinimo,una lex debet per aliam interpretari, ut iura iuribus concordentur. l.unica. C.de inofficio. dotibus. Minusq́ obſtaret,ſi oppo.de autent.de defenſorib.ciuit.in princip.& §.j. ex quo ſumit Accur. ſecundam limitationem ad hunc text. ubi uniuerſitas ex electione confert iuriſdictionem; quia illud fateor in uniuerſitate,non autem in collegio: quum appellatione uniuerſitatis non ueniat collegium: licet appellatione collegij ueniat uniuerſitas: ut realiter declarat Paul. Caſtrenſ.hîc,in princip.ij. colum. Cogita,quia pro nunc ha-

beo hunc intellectum pro uero. Intellige tertiò iſtud notabi-le, ſi priuati uelint dare iuriſdictionem: ſecus ſi notionem: quia hanc poſſunt de nouo conferre, quum arbitri non dicatur iuriſdictio, ſed notio. l. ait prætor. cum glo. ff. de re iudica. & ſic textus noſter, qui loquitur de iudicio & iuriſdictione non extendetur ad notionem. Iſtud præſenſit Paul. hîc, in primis uerbis: & eſt bonus text. in l. iij. §. tametſi. in princip. ff. de arbi. Noto ſecundò, quòd non priuati, de quibus in euidentialibus ultimo loco diximus, facere poſſunt iudicē eum, qui nulli præſit iudicio. Iſtud uult l. noſtra à contrario ſenſu: & de hoc eſt text. in l. à iudice. ſuprà de iudic. cum concord.
6 quos ibi dedi. Noto tertiò etiam à contrario ſenſu, *quòd priuati poſſunt facere iudicem eum, qui præſit alicui iudicio. Et ſic, quamuis non liceat priuatis immediatè conferre iuriſdictionem: licet tamen mediatè, id eſt, præſuppoſito, quòd in illo iudice ſit iuriſdictio: & ideo dicitur prorogatio, id eſt, iuriſdictionis extenſio: ut quia extendatur per conſenſum partium iuriſdictio illius iudicis ad homines non ſui fori. Fundatur iſtud notab. principaliter in l. j. ff. de iudic. in l. j. ſuprà eodem. & in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdiction. omn. iudic.
7 cap. ſignificaſti. de foro competen. Sciendum tamen eſt * ad hoc, ut iſta prorogatio iuridica ſit, neceſſe fore, quòd æqualiter fiat, ſcilicet de pari ſpecie ad parem, utputa de mero imperio ad merum, de mixto ad mixtum: non autem ſi fiat de diſpari: ut de mixto ad merum: quia tunc non diceretur prorogari iuriſdictio, ſed de nouo conferri: ut uoluit Bartol. in l. inter conuenientes. ff. ad municipa. refert, & dicit iſtud communiter teneri Paul. in cap. ſi diligenti. colum. vj. in princip. de foro competen. Noto quartò & ultimò, * quòd ſententia
8 dicta ab eo qui nulli præeſt iudicio, etiam ſi adfuerit conſenſus partium, non tranſit in rem iudicatam. Iſtud not. non habet dubium: nam res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accipit. l. j. ff. de re iudi. quum ergo principium legis noſtræ dicat hunc non eſſe iudicem, & requiratur pronunciatio iudicis ad hoc, ut dicatur res iudicata:

dicata: ſequitur quòd hoc ſecundum reſponſum ſit de indubitali, aduerſus l. quod labeo. ff. de carbo. edi. & l. ancillæ. C. de furtis. quinimo ſuperfluum, contra §. quibus. in prima conſtit. C. Saluando poſſumus dicere, quòd licet iſtud ſecundum reſponſum tacitè contineatur ſub primo: attamen quia hîc tractamus de annullatione actus, quæ dicitur pœna. l. ſenatus. ff. de contrahen. emptio. tradunt latè Canoni. in cap. ij. in gloſ. diſpendijs. de conſtitutio. neceſſe fuit ipſam annullationem exprimere; quia pœna nunquàm cenſetur impoſita, niſi expreſsè dicatur. gloſ. ſingul. in cap. fin. de iure patrona. Imò fortius dico, neceſſariam fuiſſe talem expreſsionem, per regulam quæ habet, quòd multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. l. patre furioſo. ubi Iaſo. latiſsimè, in quinto not. ff. de iuſtitia & iure. & ideo niſi Imperator expreſsiſſet, ſententiam iſtam non tranſire in rem iudicatam, potuiſſet lata habere effectum. Reliqua quæ hîc dici poſſent, uide plenius per Bart. in l. j. & ij. ff. de iudi. per Panormi. in cap. ſignificaſti. colum. vj. cum ſequen. de foro competen.

## AVTEN. NOVISSIMA. C. DE INOFFIC. TESTAMEN.

1 *Inofficioſum teſtamentum quid. Et unde dicatur inofficioſum.*
2 *Verba Autenticorum ponderanda.*
3 *Autenti. Nouißima. an in totum corrigat l. cum queritur.*
4 *Partes aßis, remißiuè.*
5 *Titulus quot modis in iure ſumatur.*
6 *Portio debita liberis, quænam olim fuerit, & nunc ſit.*
7 *Dicta in liberis, an ſibi locum uendicent in aſcendentibus.*
8 *Et an in collateralibus.*
9 *Quod tempus inſpici debeat, in legitimæ computatione facienda.*
10 *Quo titulo quarta iure naturæ debita, liberis ſit relinquenda.*
11 *Retento, quod relinqui debeat titu. inſti. an regula indiſtinctè ſit uera.*
12 *Quo modo diuidenda ſit portio iure naturæ debita, inter liberos.*
13 *Filius an poßit à parente priuari uſufru. portionis ſibi debitæ.*

Nouiſsima. Vtilitas,quæ ex hac autenti. emergit quotidie,quum in ea de portione debita liberis in bonis parentum (quam legitimam appellamus) tractetur: non exigit, ut circa ipſius commendationem prolixius inſiſtamus. Poſita eſt hæc auten.ſub l.cum quæritur. C.de inoffi.
1 teſtamẽ.*Et ideo ne in tenebris ambulemus,neceſſariò ſciendum eſt,quid ſit,& unde dicatur teſtamentum inofficioſum. Iuriſconſul.in l.ij.eod.titul.in hunc modum deſcribit: Inofficioſum teſtamentum dicitur,quod à non ſanæ mentis homine fit:quum is teſtamẽtum conderet,non quaſi furioſus exiſteret uerè:ſed quòd cõtra officium pietatis teſtatus ſit. Hoc idem repetit Iuſtinianus,Inſtit.eod.in princip.fuitq́ de mente Marcelli,qui praxim edocet.in l.nam & his.§.j.eod.titul. Dici autem poteſt inofficioſum altero de duobus modis. Si acceperimus præpoſitionem in, pro non: exponendum eſt, inofficioſum, id eſt, non officioſum: quaſi, non ex officio factum:ut diximus uelle Iuriſcõſul. quum paternum officium ſit, ſubſtantiam congeſtam pientiſsimis filijs relinquere ex uoto,& naturali charitate. l.nam etſi parentibus. in princip. ff.eod.l.ſcripto.ff.unde libe.l.penulti.de bonis libe. facit tex. Pauli ij.ad Corinth.xij.& tranſſumptiuè in cap.prædicator. xvj.quæſtio.j. Si uerò accipere uolumus præpoſitionem in, pro ualdè: dicetur inofficioſum, id eſt, ualde officioſum:eò quòd huiuſmodi teſtamentum plurimũ filijs officiat:ut quia per id paterna hæreditate, iure naturæ eis debita,priuentur: officere enim,unde officium,& officioſus,non tantum in bonam, ſed & in ſiniſtram partem capi, uſitatum eſt:ut in titul.
2 de ſerui.urba.prædi. eſt uidere.* Excerpta fuit hæc autenti. per Irnerium,ex autenticis, titul. de trien.& ſemiſ.§.j.collatio.iij. ad quos textus autenticorum ſemper recurrendum eſſe cenſeo: ut quia autenticæ iſtę truncatæ non leue detrimentum quandoq́ & dedecus profeſſoribus inferant:quum in eis crebrò aliqua apponantur, quæ in autenticorum uolumine nuſpiam ſunt comperta:& omittantur,quæ neceſſariò

riò adijci debuiſſe exemplar ipſum demonſtrat. Non enim habuit is Irnerius, poteſtatem addendi uel detrahendi: ſed tantum accommodandi iura autenticorum ad leges Codicis, ut dixit Odofre. in autenti. caſſa & irrita. C. de ſacroſan. eccle. refert Decius in autenti. prætereà, in primis uerbis. C. unde uir & uxor. Huiusq́; opi. fuiſſe reperio Domi. Vdalricum Zaſium Germanum, Iuriſconſul. inſignem, in ſuis ſingula. intellectibus, char. xlj. inquit ille: Quæ una conſtitutionis Imperatoriæ mutilatio multos Doctores decepit, & decipiet: qui ad autenticas tranſcriptas aduertunt: non ad uerba autenticorum. Appoſita fuit hîc iſta autenti. * ut corrigat l. Codicis. dicebatur enim in ea: Cùm quæritur, an filij de inofficioſo patris teſtamento poſſint dicere, ſi quartam bonorum partem mortis tempore teſtator reliquit, inſpicitur. Imperator uerò in autenti. de trien. & ſemiſ. ex quo (ut dixi) extracta fuit hæc autenti. iſtud corrigit, ut hîc habes: & plenius uidebis in primo not. Et licet corrigatur, quod de quarta dicitur: remanet tamen incorrectum: quinimo corroboratur per autenti. quod de tempore mortis parentum, an liberi quartam habeant, inſpiciendo, deciditur. ut de hoc infrà ſuo loco uidebimus. Præmittere habent tyrones, *quid ſit triens, quid ſemis: & generaliter quę ſint aſſis partes: quod proſequantur, ut declarat Iuriſconſul. in l. ſeruum. §. final. & in l. interdum. §. j. ff. de hæredi. inſtituen. repetit Iuſtinia. in §. hæreditas. Inſtitu. eod. & dicit Iaſo. hîc, in princip. quod Marcus Varro melius quàm alius, in libro quinto, de lingua Latina, declarat. Ego, illuſt. Guilielmum Budæum Latinioris linguæ peritiſsimum, M. Varroni præferre non dubito: ut qui refertiſsimos commentarios de Aſſe & partibus eius nobis ediderit. Sciendum quoque eſt, quum dicatur in text. noſtro, Quoquo relicti titulo, * quòd titulus uarijs modis in iure ſumi poteſt, ut declarat gloſ. in rubr. in auten. de eccle. titu. & gloſ. in cap. dudum. il. ſecundo, circa finem. in uerb. intitulatam. de electio. notant Docto. in l. j. in quinta not. ff. ſi certum

3 4 5

certum petatur. In autenti. noſtrà puto titulum aſſumi pro quacunque cauſa,ſeu modo,aut iure,quo relinquatur: ſiue in contractu inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate:ut probat tex.in §.final. inſtitu. eodem.in §.aliud quoque capitulum. in princip. in autenti. ut quum de appellatio. cogno.& in corpo.unde extrahitur noſtra autentic.§.primo.quæ omnia iura,quod hîc Irne.appellauit titulum,modum dixere.Diuiditur autentic. hæc, in quatuor partes. In prima, dictum. In ſecunda,extenſio.In tertia,declaratio dicti.In quarta idem quod in tertia. Secunda ibi, quoquo. tertia ibi, ex æquo. quarta ibi, cuius. Summatur diuerſimodè, ut per Docto. hîc.Ego paucis ita ſummo: Iure nouiſsimo quatuor aut pauciorîbus filijs, triens: eo numero pluribus ſemis, pro uirili, quouis titulo,debetur: ut nec portionis uſufructu fraudari
6 queant. Noto primò ex hoc tex.* quòd hodie legitima filiorum,ſi ſint quatuor,uel intra quaternũ numerum,eſt triens: ſi plures,eſt ſemis.olim uerò erat hæc quadrans, non habito diſcrimine,quot eſſent filij.§.final.inſtitu.eodem.Et ut ſcias, dicitur triens uel ſemis bonorum, non autem hæreditatis defuncti: quum bona propriè dicantur deducto ære alieno. l.ſubſignatum. §.bona. ff.de uerborum ſignificatio.& filius non poſſit detrahere legitimam, niſi prius deducto ipſo ære alieno.l.papinia.§.quarta. ff.eodem.de hoc eſt text. in l.cum quæritur. proxi.præceden. quod declara,ut per Bartol.in l. ex facto.la grande.columna ſecunda. ad medium.ff.de hære. inſtitu.refert & ſequitur.Iaſo.hîc,columna ſecunda.in princ. Ego dico eſſe caſum ad literam, qui confundit hanc diffe-rentiam, ſalua pace Docto. in l.omnimodo. uerſicul.& hoc quidem.infrà eodem.ubi Iuſtinia. appellat quotam,ſeu portionem debitam filijs,hæreditatis,& non bonorũ:in illis uerbis,Hæreditatis portionem reliquerint.Cogita,quia non reperio ab alio tactum. Quis autem modus ſeruetur in huius quartæ detractione, edocet Iuriſconſul. in dicta l.papinia. §.quarta. & in alijs.§. incidenter. ff. eodem. & practicam tradit

tradit remiſsiuè Iaſ.hic.col.ij.in princ.& xiij.circa princ. cui
adde uidendum Decium, conſil.ccxxxvj.non parua. col. vj.
in prin.uol.ij.& cõſi.dcxxxiij.conſului.in primo dubio.uol.
iiij.uidendum eſt modo,* an ea quæ dicta ſunt in deſcenden- 7
tibus,locum ſibi uendicent in aſcendentibus:ut pariter hanc
quartam habere debeant.Iuriſconſ.in l.j.ff.eod. dicit, paren-
tibus aduerſus teſtamenta filiorũ querelam competere,idem
dixit Impera.inſti.eo.§.j.ad excludendam igitur talem que-
relam, neceſſariũ eſt liberis,quartam parentibus relinquere.
l.nam & ſi paren.in prin.& d.l.papin.§.quoniã autem quar-
ta.ff.eo.l.omnimodo.in prin.iuncta glo.infrà eo. Et hoc pro-
cedit,facto per liberos teſtamento:ſi uerò inteſtati decedant,
tota hæreditas parẽtibus debetur.l.ſcripto.in fi.ff.unde libe.
quod tamen intellige ſecundum diſpoſitionem §.j.in auten.
de hære.ab inteſta.ueni. colla.ix.Eſtq́; iſtud rationi naturali
conueniens:quum obligationẽ quandam ad antidora, omni-
modo ſapere uideaẽ:iuxta text.in l.ſed & ſi lege. §. cõſuluit.
ff.de petit.hære. pro quo pulchrè facit textus, Eccleſiaſt.vij.
ibi,Memento fili, quoniam niſi per parentes, natus non fuiſ-
ſes: & retribue illis, quomodo & illi tibi. Et hac ratione at-
tenta, dicendum eſt quartam hanc parentibus debitam, au-
ctam eſſe: prout diximus auctã,quæ debetur filijs: ut uoluit
Accur.hic,& in corpore de trien.& ſemiſ.§.j. & dicit cõmu-
nem Iaſ.hic,col.viij.in fi.Et quod parentibus debeatur triens,di-
cit (ultra Iaſo.) magis cõmuniter teneri do.Alexan.cõſi.cxl.
Super teſtamento.ad fi.uolu.j.quod mihi placet,attenta ge-
neralitate.§.j.de tri.& ſemiſ.in illis uerbis:Hoc obſeruãdo in
omnibus perſonis,in quibus ab initio, antique quartę ratio,
de inofficioſo lege decreta eſt.Et quia niſi ita dicamus,ſeque-
retur abſurdum,quod illa uerba ſeruirent de uento,& nihil ope-
rarentur aduerſus l.ſi quando.in prin.de leg.j.nam etſi filio-
rum appellatio ad nepotes & cæteros deſcendentes non ex-
tendatur regulariter.§.fin.inſtit.qui teſta.tuto.dari poſſunt.
iſtud tamen dico nõ habere uerum,quando profertur à lege,
& concernit filiorum fauorem.l.filium habeo. ff. ad macedo.

doctri.eſt Bar.in l.liberorum.col.iij.in ij.q. ff.de uerb.ſigni. ſequitur Bal.in repe.l.in ſuis.col.fi.ff.de libe.& poſthu.refert Alex.conſi.j.col.vj.ad medium.uol.j.& ſic niſi intelligamus illa uerba,omnibus perſonis,in parentibus, uerboſa tantum remaneret diſpoſitio.Poſtremò quęrendũ eſt,*an hęc quarta tranſuerſalibus ſeu collateralibus debeatur. Iuriſconſ. in l.j. iuncta l.papinia.§.quoniam autẽ quarta.ff.eo.aſſerit ſimpliciter, non deberi cuipiam cognato, excepto fratre: quod & admittit Imper.in l.fratris.infrà eo. Eſt uerũ,ꝙ Cõſtantinus in l.fratres.infrà eo.limitauit iſtud tantũ procedere, quando in teſtamẽto fratris,eſſent inſtitutæ perſonæ turpes,infames, nel uiles:approbatq; Iuſtinia.in §.j.in fi.inſti.eo.quod proſequere,ut per Iaſ. late,poſt alios,in d.l.fratres.Sed an & aucta quoq; ſit hæc quarta,quærit hîc Accur.qui reſpondet auctã non eſſe,licet aliqui cõtrarium tentarint.ſequitur Pau. Caſt. in d.l.fratris.in iij.q.& Iaſ.hîc, col.ix.in prin.qui refert Bald. in l.fratres.infrà eo.Quod tamen uidetur aduerſus generalitatem.d.uerſi.hoc obſeruando,ut ſuprà dixi: niſi dixerimus, ꝙ lex,etiã generaliter loquens, debet reſtringi ad rationis limites.l.cum pater.§.dulciſsimis.de lega.ij.c.intelligentia. de uerbo.ſigni.dictum ergo in liberis,bene extẽditur ad parentes:quum eadem ratio,licet non ex toto, in eis militet, per l. nam & ſi parentibus.& per ea quæ ſuprà adduxi.Quòd autem extendi debeat ad fratres,non uideo rationem, quinimo diuerſitatem:quum filio ſemper debeatur legitima,fratri uerò non,niſi inſtituta turpi perſona,ut ſuprà dixi.prior debetur iure naturæ,hæc legis conſtitutione. Et ut dicam breuibus,multa fauore filiorum inducta legimus, quæ ad fratres extendere nefas eſſet. Quæ hactenus protulimus, ingratis liberis,parentibus,uel fratribus, procedunt: ſecus ſi ingrati hi extiterint. text.habes de cauſis ingratitudinis liberorum,uel parentum,in §.aliud quoq; capitulum.cũ ſequen. in auten.ut cum de appella. cogno.colla.viij. de cauſis uerò ingratitudinis fratrum,in §.ingratitudinẽ. in auten. de nuptijs,colla.iiij. Secundò ex hoc tex.ibi, Ex ſubſtantia deficientis.

cientis. * Noto, ꝙ in computatione legitimæ facienda, inſpi- 9
ci debet uis patrimonij, quod defunctus habebat tempore
mortis. Concordat l. cum quæritur, ibi, mortis tempore. pro-
xi. præcedẽs. ſequitur Iaſ. hîc, qui pro corroboratione alia ad-
ducit. Iſte tex. nunquàm mihi probauit aſſumptum: quia in
corpore, de trien. & ſemiſ. uerba nõ reſtringuntur ad tempus
mortis: ſed generaliter dicitur, propriæ ſubſtantiæ, ſeu totius
ſubſtantiæ: quæ uerba, totius ſubſtantiæ, uniuerſalia, nõ tan-
tum uidentur referri ad ea, quæ defunctus habebat tempore
mortis, ſed & ad ea quæ dolo deſijt habere: & ad ea quæ hære-
ditati iacenti adiecta ſunt: quum hæreditas perſonam defun-
cti repræſentet. l. hæreditas. ff. de acquir. re. domi. cum concor.
adductis ibi per Accur. quare circa iſtud diſtinguendum pu
to, ut alibi quandoq; dicemus. Noto tertiò, ibi, Quoquo, &c.
in electione parentum eſſe, quo titulo, quartam iure naturæ
debitam, liberis relinquant. * Ad idem l. omnimodo. §. & hoc 10
quidẽ. infrà eo. & inſt. eo. §. fi. ubi clarius declarat Imper. qui
ſint iſti tituli, quibus relinqui poteſt. Circa intelligentiã hu-
ius not. diſtinguenda ſunt quatuor iura: Ius antiquũ; Ius no-
uum: Ius nouiſſimũ: & Ius canonicũ. De iure antiquo uiden-
tur tex. cõtrariari: nam in l. papinia. §. ſi quis mortis. ff. eo. de-
ciditur, filium cui titulo donationis cauſa mortis relicta eſt le
gitima, non habere querelam. Ergo infertur alio titulo, quàm
inſtitutionis, hanc quartam relinqui tunc potuiſſe. in l. ita ta-
men. §. qui rogatus. ff. ad trebel. deciditur totum oppoſitũ: ꝙ
ſi pater grauauerit hæredem, emancipato reſtituere hæredi-
tatem, cogi poſſe hæredem adire & reſtituere; etſi bonorum
poſſeſ. cõtra tabulas emancipatus intẽtare poſsit. Ecce ꝙ ibi
emancipatus habebat pluſq; legitimam iure fideicõmiſsi; &
tamẽ filius tanquam nõ inſtitutus, rumpit teſtamentũ. Iaſ. hîc
col. iij. in fi. refert autoritates, ex quibus apparet hanc ultimã
fore cõmunem. & refert Alex. in l. inter cætera. col. j. ff. de lib.
& poſthu. qui reſpondet tribus modis ad §. ſi quis mortis. Et
quũ iſtud ſcire perfectè nullius utilitatis ſit (ut inquit Iaſ.) ſuf
ficiant, quæ dixi. Quo ad ius nouum, ſcilicet Inſtitu. & Cod.

certiſsimum eſt ſufficere, ut quoquo titulo quarta relinquatur.d.§.fin.inſti.eo.d.l.omnimodo.§.& hoc quidem.infrà eo. licet in contrarium uideatur text.in §.eadem.inſtit.de hære. quæ ab inteſt.defe.qui requirit ad hoc, ne teſtamentum rumpatur, filium debere inſtitui, uel exhæredari. Reſpondeo, dato ꝙ ille tex.directò probet, non obſtat, quia l. omnimodo. poſterior, illum §. corrigit.arg.eorum quæ tradit Accur.in §.j.in gl.adimpleuimus.in procem.Inſti.De iure uerò nouiſſimo autenticorum, uidetur concludendum per autent. noſtram, & in corpore unde ſumitur.§.ſi uerò ultra.ꝙ ſufficiat relinquere quartam quouis titulo. Contrarium uult præciſè tex.in auten. ut cum de appel. cogno.§.aliud quoqꝫ capitulum.ibi, Nec ſi per quālibet, &c.& iſtud tenet tota ſchola legiſtarum, per illū tex.qui cauillari nō poteſt.teſte Iaſ.hîc.col. iij.ad mediū. Sed cōtra iſtam cōmunem ſententiam oppono, de auten.noſtra, ponderando illa uerba, nouiſsima lege, quæ idē important, quod, ultima lege.arg.§.nouiſsimè.inſt.de ſatiſd.tut.iuncta gl.uel nouiſsima, id eſt, magis noua, in ſuperlatiuo perfectionem denotante. Si ultima ſeu magis noua, eſt poſterior: & ſic derogat.§.aliud quoqꝫ capitulū. priori.c.j.de cōſtitu.in vj.arg.§.poſteriore.inſti.quib.mod.teſta.infir. Nec obſtat, ſi dicatur, imò auten.ut cum de appel.cogno. eſt poſterius: quū ſit ſub colla. ix. auten.uerò hęc ſita ſit in corpore.de trien. & ſemiſ.quod eſt in colla.iij.quia reſpondeo non eſſe abſurdum, ut & ſi auten. ut cum de appel.cogno.ſit poſterius in ordine, attamen ſit prius in compilatione: quū ordo non attendatur: ut uoluit gl.ſingul.in l.properandum.in princ.in uer.lex.ſuprà de iudi.& tibi dixi ibi.in ij.not. Teneo cōmunem: quia iſta uerba, nouiſsima lege fuere appoſita ex capite Irnerij: nec leguntur in autent.de trien.& ſemiſ.ſi diligenter intuearis. ergo non probant, quum nō habuerit Irnerius poteſtatem addendi uel minuendi, & ſic de nouo legem cōdendi: qui enim addit, uel detrahit, de nouo facere dicitur.l.hæredes palàm.§.ſi quid poſt.ff.de teſtamen.diligenter igitur is Irnerius, ſeruare debuit fines mandati, non tranſgredi.

gredi.l.diligenter.ff.mandati.§.is qui.inſtit.eod.faciunt quæ dixi in exordio huius auten.ſuprà. Reſtat uidere, quid conſtitutum ſit de iure Pontificio.Reperio,ꝙ dom.Alexan.in d. l.inter cætera.col.fin.fuit opinionis,ꝙ ſatis eſſet,quoquo titulo relinqui:hac ratione,ne corrigatur ius naturale.arg.c.cum expediat.de elect.in vj.&. l.j.C.de inoffi.do.& dicit hanc eſſe cōmunem. Contrariam opinionem ueriorem fore, & magis cōmunem atteſtatur do.Iaſ.hîc.col.vij.in fi.qui refert Alex. ſibi cōtrarium, ita dixiſſe & tenuiſſe in conſi.ccxij.in iij.col. uol.ij.incip.uiſo conſilio.eſt conſil.lxx.in uolu. nouis. col.ij. ſequitur idem Iaſ.ubi plenius hunc articulum tractat,in rub. ff.ſolu.matrim.col.v.in fi. Et hanc ſententiam ueriorem puto,attento conſil.Alexan.tanquam firmiori:quum actus cōſulendi dicatur magis deliberatus,quàm legēdi:ut dixit ipſe Alex.mentionem faciens de Ludo.Roma.opinione,in conſi. clxxxv.uiſo titulo quæſtionis.col.viij.in fi.uol.ij.faciūt quæ tradit Lud.Gome.in §.quædā.col.viij.in prin.inſti.de actio. retenta cōmuni ſententia, ꝙ quarta hæc debeat relinqui titulo inſtitutionis,& non alio quouis. * Limitatur per Alex. 11
in d.l.inter cętera.col.ij.ut non procedat in quatuor caſibus: intelligendo & declarando,ut ibi per eum. Addit do.Iaſ.hîc, alias quatuor fallentias.col.v.& vj.& ſic ſunt octo limitationes,quas ad hanc cōcluſionem adaptat Iaſ. Inter quas, annotare habes duas.Prima eſt,quam examinat ipſe,in col.iiij. ꝙ in teſtamento condito à patre inter liberos, iuxta formam §. ex imperfecto.ſatis ſit relinqui quartam quoquo titulo : nec eſt neceſſe, ꝙ unicuiq; filio titulo inſtitutionis relinquatur. Et hæc fuit opinio Accur.hîc. ſubijcit Iaſ.ꝙ licet hæc opinio à cōmuni ſchola Legiſtarum & Canoniſtarū reprobetur,per generalitatem §.aliud quoq; capitulū, attamen ſe putare, limitationē fore de iure ueram;& ꝙ ſi caſus cōtigiſſet,ita conſuluiſſet,& iudicaſſet. Mouetur ex multis,quæ ad duo fundamentaliter reducūtur. Primò, quia nō eſt abſurdum iſtud dicere, quum innumera ſpecialia ſint inducta fauore teſtamenti conditi inter liberos: adeò ut hoc caſu iuris ciuilis

ſolennitates ceſſent. Secundò, quia eſt caſus ſecundũ eum, nõ cauillando, in c. raynutius, de teſta. Ego teneo communem: & puto ſi Iaſ. ita conſuluiſſet, & iudicaſſet, ꝙ male egiſſet. Primò, propter autoritatem cõmunis opinionis, lege & ratione fundatam, à qua recedere nefas eſt, c. ne innitaris, de conſtit. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tuto. ca. in canonicis. xix. diſtin. & tradunt Docto. in infinitis lecturis & conſilijs, quæ longũ eſſet referre. Secundò, moueor reali fundamẽto, quod tolli non poteſt: nam indubitata eſt concluſio, ꝙ rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ. l. proſpexit. in princ. ff. qui & à quibus manu. & dixi in l. placuit. ſuprà de iudi. in iij. conclu. quum ergo habeamus rigorem expreſſe ſcriptum in §. aliud quoq; capitulum. nec reperiatur hæc æquitas aliquo in loco ſcripta: dicendum eſt, rigorem præferri. Nec obſtaret, ſi diceretur, ꝙ æquitas eſt in genere ſcripta. in d. §. ex imperfecto. ut teſtamentum inter liberos ſuſtineatur: quia clara patet reſpõſio ex his, quæ dixi in d. l. placuit. in iiij. conclu. quũ iſta ſint contraria: ut relinquatur, uel non relinquatur, titulo inſtitutionis. Non obſtat primũ fundamentum Iaſ. quia dico, ꝙ multiplicatio incõuenientium non admittitur. l. j. C. de dotis promiſsio. Præterea quod contra ius cõmune conceditur, niſi ſpecialiter exprimatur, nõ eſt trahendũ in conſequentiã. l. quod uero. ff. de legib. l. pręcipimus. in fi. C. de appel. Addo, quia iſtud introductũ fuit fauore filiorũ, ut habeant quartam titulo inſtitutionis, quũ is titulus honorabilior ſit. l. filium. §. ſed & ſi portio. ff. de legatis præſtan. Si adhæremus ſententię Accur. & Iaſ. redundaret hoc in eorũ odium: contra l. quod fauore. C. de legi. Nec obſtat tex. in c. raynutius. quia dico, in illo c. nullibi poſſe deprehẽdi, ꝙ ibi pater teſtatus fuerit inter liberos, ſecundum formam §. ex imperfecto. quia ibi dicitur, cõdidit teſtamentũ, ſimpliciter, nullo addito. quũ ergo legiſlator uult loqui de imperfecto, illud exprimit. d. §. ex imperfecto. pręterea uerba ſimpliciter prolata, nõ intelliguntur ſecundũ quid, niſi illud quid exprimatur. l. qui pœnæ. ff. de manu. notat Socy. in l. j. in primo no. ff. de uulga. & pupilla. Si

enim

enim uera eſſet cauillatio Iaſo.ſequeretur, quòd ubicunque
haberetur mentio teſtamenti, ubi non tractaretur de extra-
neis,ſed de liberis tantum,ꝙ illud eſſet imperfectũ, & ſic non
eſſet dare teſtamentum inter liberos cum ſolennitate iuris:
quod quàm foret ridiculum,nouiſsimus ſcholarium do. Iaſ.
non ignorauit. Circa quartam fallentiam,de ſtatuto augente
uel minuente legitimam, an uigore talis ſtatuti ſufficiat eam
relinqui quoquo titulo, uel nihilominus debeat relinqui iu-
re inſtitutionis. Bald.in l.maximum uitium. C.de lib. præte.
ut refert Iaſ.hìc,decidit,ſingulariter ſufficere,ſi quoquo titu-
lo relinquatur,motus inter alia per tex.in d.c.raynutius. ubi
ſtante conſuetudine,de qua ibi, potuit pater filiæ relinquere
quoquo titulo; nec fuit opus ꝙ iure inſtitutionis relinque-
retur. Alex.in d.l.inter cætera.concludit aduerſus Bal.ꝙ de-
beat relinqui titulo inſtitutionis:& dicit hãc opinio.ueriorẽ.
Sequitur Iaſ.hìc:qui dicit,contra Bald.tenendum eſſe.& hæc
eſt cõmunis,ut patet ex autoritatibus per eos adductis. Re-
perio ꝙ Alex.in d.cõſi.lxx.col.ij.ad mediũ.uol.ij. referendo
Bal. & tenendo ꝙ de iure canonico debeat relinqui legitima
iure inſtitutionis,ut ſuprà diximus, uidetur ſequi hanc Bal.
ſententiã,quam in d.l.inter cætera,reprobauit. Ego,ſi intelle
ctus Bal.ad c.raynutius.eſſet uerus, ab eius opinione nõ di-
ſcederem:ſed uideo eum omnino falſum:& miror ꝙ Alex.in
d. conſil.lxx.Iaſo.hìc,& cæteri qui hunc articulum tetigere,
nõ aduerterint.Si bene inſpiciantur uerba c.raynutius.nul-
libi comperiri poterit, ꝙ attenta conſuetudine aliqua,ſatis
ſit relinqui legitimam, quouis titulo. uerum eſt,ꝙ ille text.
præſupponit in duobus locis,conſuetudinem Tuſcanę ciui-
tatis fuiſſe,ꝙ de quibuſdam tantũmodo rebus,quarta detra-
hi poſſet. Et niſi in iſtis uerbis fundare uoluerit Bal.intẽtio-
nem ſuam,non uideo in toto eo c. quippiam,quod faciat ad
propoſitũ.An autẽ illa uerba probare poſsint intentum Bal.
uniuſcuiuſq; iudicio cõmitto.Confutatis igitur iuridicè his
duobus intellectibus,altero Iaſ.altero Bal.ad c.raynutius.cõ
cludo opinionẽ Alex.in d.l.inter cętera.eſſe magis cõmunẽ:

ut quia

ut quia uera ſit,& lege fundetur: q̃ de iure canonico ſatis ſit, quoquo titulo,quartam iure naturę debitam,relinquere:quũ ibi altera ex filiabus inſtituta fuerit uniuerſaliter, alia particulariter:quod particulare relictum,inſtituto uniuerſali hærede,in legatum tendit.l.quoties.c.de hære.inſti.nec ex uerbis illius c.deprehendi poteſt,quod Ber.dicit,ſcilicet,illi Alterochæ ultra dotem, domum & hortũ iure inſtitutionis relictum:quum text.ſimpliciter loquatur,& natura uerborum hoc non exigat. Ego quandoq; in hac re plenius deliberabo: interim tene magis receptam Alex.in conſulendo ſententiã.

12 Noto quartò,ibi,Ex æquo,&c.*quòd portio iure naturæ debita,hoc modo aucta,diuidi debet æqua lance inter filios. Iſtud clarè uoluit text.in corpore,de trien.& ſemiſ.§.ſi uero. ibi, Singulis ex æquo quadruncium,uel ſexuncium diuidendum.Ad idem text.in §.ſi.in fine.inſtit.eod.dum dicitur:ut pro rata diſtribuatur eis, id eſt, pro uirili portione, quarta. Vides ergo,q̃ hîc Iuſtini.dicit,ex æquo : ibi appellat pro rata:& declarat q̃ pro rata,nil aliud eſt dicere, quàm pro uirili, & nõ inſolidum.Et ita iſta uerba pro rata,exponi debere,dixit Alex.conſi.lxxij.uiſo proceſſu.col.iij.in prin.uolu.v.& miror,q̃ non fuerit recordatus de d.§.fin.qui melius probat, quàm alius text.de mundo.Et adeò debetur ex æquo,& pro rata, ut qui non admittitur ad partem, alijs partem faciat in computatione quartæ.l. papinia. §.quoniam autem quarta. ff.eo.declarando ut per Docto. ibi:præcipuè per Paul. Caſt. & per Barto.in l.pater filium.ff.eod.ponit Iaſ.hîc,in xij. col. & in l.huiuſmodi.§.ſi titio. poſt cæteros.col.j.& ij.ff.de leg. j.& circa dubiũ Raph.Fulg.quod hîc in d.col.xij.refert Iaſ. an filia excluſa à ſtatuto faciat partem fratribus. uide multa ſuccinctè per Decium conſi.dcvij.uiſo puncto.in ulti.dubio. ulti.uolum.An autem dicta in filijs uendicent ſibi locum in nepotibus,tangit poſt Saly.Iaſ.hîc,col.xiij.qui facit duo fundamenta:quæ ego,nõdum uiſis his ſuis uerbis,ad aliud propoſitum,an quarta parentum ſit aucta,ſuprà accommodaui. Pro cuius ſententia,facit auten, noſtra in ſi,dum loquitur de

liberis : quorum appellatione certo certius eſt, uenire nepo-
tes & cæteros deſcendentes. §.fina.inſtit.qui teſta.tuto.dari
poſ.l.liberorum.ff.de uerborum ſignifi.ſed iſte tex. non pro-
bat:quum illa dictio liberi, appoſita fuerit ab Irne.nec in tit.
de trien.& ſemiſ. §.j.comperiatur. Bene uerum eſt, quòd §.
neque illo.in dicta autenti.de trien. facit mentionem de libe-
ris & nepotibus:& ex illo text.oritur, uera deciſio quæſtio-
nis.Quintò & ultimò noto ibi, Cuius portionis, * quòd filij 13
priuari non poſſunt à parentibus uſufructu portionis debi-
tæ iure naturæ. Concordat text.in l.quoniam in prioribus.
infrà eod.ibi, Vel aliud grauamen:quod exponit exemplifi-
cando Accur. ueluti uſumfructum.ad idẽ tex. in l.ſcimus.§.
cum autem.infrà eod.ponderando illum text. in duobus,aut
tribus locis.Aduerſus iſtud no.opponitur fortiter de l.uxo-
ri meæ.ff.de uſufru.lega. Accur.hic,& in autenti.de trien.&
ſemiſ.§.prohibemus autẽ.ac in alijs pleriſq; locis,ſoluit duo-
bus modis. Primò,quòd illa l.uxori.corrigitur. Secundò,quod
ibi filius habebat proprietatẽ omnium, & ideo poterat uſu-
fructu fraudari. Prima cõmuniter approbatur, alia reijcitur.
teſte Iaſo.hic,colum.xj.circa finem. Ego teneo communem,
ponderando uerba autentic. de trien.& ſemiſ. in §.prohibe-
mus.circa fi. ibi, ſed modis omnibus eis huius legitimæ par-
tis,quam nunc deputauimus,& uſumfructũ inſuper,& pro-
prietatem relinquat.Ecce tex.ſole clariorem,qui uult,copu-
latiuè relinqui debere uſumfructũ & proprietatem ſimul:ſi
relinquatur tantummodo proprietas, etiam omnium bono-
rum, etſi eſſet amplius patrimonium, quàm unquam fuerit
Coſmæ de medicis:non tamen ſatisfit menti & uerbis legis,
niſi etiam relinquatur uſusfructus portionis debitæ:nam ad
ueritatem copulatiuę requiritur utriuſq; copulati adimple-
mentum.l.ſi hæredi plures.ff.de condi.inſtit.§.penul.inſtitu.
de hære.inſtit.& l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos.
ff.de uerborum obligation. Secundò pondero uerba illius
autentic.ibi,Siquidem uxoribus omnem dereliquerunt ſua-
rum rerum uſumfructum, filijs autẽ proprietatem nudam:

N quæ

quæ quum indeterminatè ſint prolata,nec ad partē proprie-tatis referantur:poſſunt intelligi de tota proprietate.uulga. l.de precio. ff.de public.Vltimò pondero rationem, quæ ibi mouit Iuſtinianum ad decidendum,filijs debere relinqui,non tantum proprietatem, ſed & uſumfructum. Eſt enim ratio, quam bis repetit,ne filij fame moriantur:quæ ratio ita mili-tat,ſi tota proprietas relinquatur,ſicut ſi pars:quum ex pro-prietate ſola impoſſibile ſit quem uiuere: ut ratio naturalis dictat.Nec obſtaret,ſi diceretur, filium qui eſt dominus pro-prietatis, poſſe uendere uel obligare proprietatem. l.fundi trebatiani.in princip.ff.de uſufruct.legat.l.ij. C.de uſufru.ex quo poſſet uiuere,& fame non perire:quia reſpondeo, quòd ita alienando,diceretur re ſua abuti:ut quia conſumpta pro-prietate ita egeret, & fame laboraret, ſicut ab initio. Intereſt autē rei publicæ,ne rebus ſuis quis malè utatur.§.ſed & ma-ior.cum glo.Inſtitu.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.& ne quis fame pereat.l.necare.ff.de liber. agnoſcen.cap.paſce.lxxxvj. diſtinctio. nec cogitur filius uendere proprietatem, ut ex ea uiuat.l.fina. §.ipſum autem. C.de bonis quę liber. ponit De-cius,in autenti.præterea.colum.final.ad medium. C.unde uir & uxor. Ex his habes communem, firmiſsimis fundamentis roboratam; quam puto ſine cautela & cauillatione procede-re:ut quia parens qui contra legem committit, relinquendo ſolam proprietatem ſine uſufructu liberis, non mereatur,ut eius uoluntas,legis beneficio illęſa ſeruetur.l.auxilium.in fi. ff.de minor.cap.priuilegium. xj.quæſtio.iij. Nemo enim fa-cere poteſt,quominus leges in ſuo teſtamento locū habeant, inquit Pompo.in titu.de lega.j.Filius ergo,non tantum pro-prietatem totam relictam habebit, ſed & portionis iure na-turæ debitæ,uſumfructum. Cætera quæ ad huius ampliſsi-mæ materiæ complementum congeri poſſent,dic,ut per Do. Iaſo.hîc,cui adde,inquantum in fine xj.colum.dicit,commu-nem fore,quòd dos in legitimam cōputetur: per l.quoniam nouella. infrà eod. iſtud non ſolum procedere in dote,ſed & in paraphernalibus, ueſtibus,iocalibus,cophanis,& alijs ap-paratibus,

paratibus, quos in hac noſtra patria Pedemõtana, troſellum uulgò appellamus, ut elegantiſsimè tradit Decius, conſilio dcxxviij. in caſu de quo quæritur. columna ij. in ij. dubio. ulti. uolumi.

L. PRIMA. C. DE INOFFIC. DONA.

1 *Diffinitio inofficioſæ donationis, Azo. & noſtra.*
2 *Donatio inofficioſa duplex, ex mente Doctorum.*
3 *Diſputatio an ſit dare donationem inofficioſam re tantum.*
4 *In caſu l. ſi unquam, an debeat dici donatio inofficioſa re.*
5 *Duo intellectus Accur. ad l. noſtram.*
6 *Tertius intellectus Paul. Caſtr. qui reprobatur.*
7 *Vterq; intellectus Accur. ſuſtentatur.*
8 *Donatio inoffic. in aliquem ex filijs facta, uſq; ad legitimam reuocatur: cum quatuor ampliationibus.*
9 *Donatio inofficioſa in extraneum facta quomodo reuocetur.*
10 *Donatio facta liberto per remedium l. ſi unquam, in totum reuocatur: cum quatuor ampliationibus.*
11 *Tres notandæ limitationes ad concluſionem iſtam ultimam.*

Si ut allegatis. Materia hæc inofficioſarum donationum perq; ardua eſt: adeò quòd pauci commentarij Doctorum, ſuper ea conſcripti leguntur: quę in Pandectis alibi, quàm in l. titia ſeio. §. imperator. cum §. ſequen. ff. de legat. ij. non habetur: teſte Bartol. hîc, & ibi, Scire debent iuniores, quid ſit donatio, & quotuplex, ſecundum quod in uoce declaraui. Quum igitur materia longa ſit, ea tantummodo adducam, quæ ad rem magis facere uidebuntur. Scio enim quicquid boni in ea dici poſſit, excellen. præceptorem noſtrum Domi. Ioan. Anto. Rubeum in repeti. illius §. imperator. proximioribus his annis pleno calamo attigiſſe. Præmitto igitur (à diffinitione initium ſumens) quid ſit inofficioſa donatio. * Reperio quòd Azo in ſumma 1
huius titul. ita diffinit; Inofficioſa donatio eſt, quæ cõtra offi-

 cium

cium pietatis eſt facta:ſcilicet, quia per eam liberi,uel parentes excluduntur à debito bonorum ſubſidio,uel ex propoſito donantis,uel re ipſa.Iſta diffinitio non placet,quia uidetur inferre, fratri non dari querelam: cuius cōtrarium ipſe in ſequentibus firmat,& infrà dicemus:tum etiam,quia per illam diſiunctam,uel,uidetur Azo inferre,eſſe donationem inofficioſam conſilio tantum,aut re:non autem re & cōſilio ſimul. Quare ego aliter diffinio: Donatio inofficioſa eſt quædam iniqua liberalitas, conſilio & effectu interueniente, uel effectu tantum:per quam hi, quibus debetur legitima, à debito bonorum ſubſidio excluduntur.An hæc diffinitio in ſe uera ſit,ex diſcurſu eorum, quæ infrà tractabimus, probare poteris.Secundò ſciendum eſt*ex mente Doctorum omniū communiter, prout etiam poſui in diffinitione, quòd duplex eſt inofficioſa donatio : alia eſt inofficioſa conſilio & re ipſa, alia re tantùm.Et ut ſcias, Docto.accipiunt,re,euētu,ſeu effectu, pro eodem:quum hi termini idem denotent,ut ad ſenſum patet.Fundamentum Doctorum,q̧ ſit dare donationem inofficioſam re & conſilio,ſtat in tex.claro,in l.ſi liqueat.infrà cod. ponderando uerba illa,in prin,cum aduerſus,&c. & in fi. ibi, In cuius bonis ſi idem conſilium & euentus,&c. adducitur etiam l.noſtra,iuncta l.titia ſeio.§.imperator. de lega.ij.ponderando uerba illa, ad deludendam inofficioſi querelam:quæ denotant propoſitum maliuolum,ex quo donatio cum traditione,& ſic effectualiter ſubſequitur. §.aliq.iij.reſponſo.inſti. de dona.ad idem l.ſi libertus. §.j.ff.de iure patr. Fundamentum quòd ſit dare donationem inofficioſam re, ſecundū Bar. hîc,colū.iij.ad medium ſtat in omnibus legibus huius titul. ſed ſecundum eundem,in dicto §.imperator,colum.ij.uerſic. diſtingue ergo.ſtat in l.noſtra,id eſt,in l.ij.iij.& in l.cū dona. infrà eod.Ego puto,quòd probetur in omnibus legibus huius titul.excepta l.ſi liqueat.& l.noſtra,ſecundum alium intellectum:propter illa uerba, ad deludēdam inofficioſi querelam:quia omnes iſtæ leges loquūtur de quodā impetu immenſæ liberalitatis,proueniēte ex facto ipſo donandi,potius quàm

2 (margin, beside "ris.Secundò")

quàm ex malo animo,ſeu propoſito fraudandi liberos.*Si uo 3
lumus diſputando tenere, quòd ſit dare tantum donationem inofficioſam re & conſilio,& non re tantum, poſſumus ita argumentari: quòd nemo cenſetur aliquid dicere, quin prius mente id,quod agere intendit,cogitauerit.l.labeo.§.fin. ff.de ſupelle.leg.igitur pater habens liberos, non cenſetur feciſſe donationem inofficioſam, quin prius cogitauerit de liberis: & ſic quum inofficioſe donat, de ipſis fraudandis. Nec obſtaret,ſi diceretur,aduerte, quia poteſt eſſe, quòd iſte pater habebat filios, & tamen non conſiderabat numerum eorum,uel quanta eſſe deberet ipſorum legitima: & ideo non conſilio fraudandi, ſed re tantum cenſendus eſt feciſſe talem immenſam donationem; quia reſpondeo iſtud non admitti: nam pater qui cenſetur una & eadem perſona cum filijs.l.fin. c.de impuber.& alijs ſubſtit. non audiretur,ſi diceret ſe non habuiſſe mentem ad numerum filiorum: quia præſumitur de præſumptione iuris iſtud ſcire. argu.l.octaui. ff. unde cognati.faciunt quæ notant docto. poſt Bartol.colum. iiij.in l. j.ff.ſi certum petatur.& eſt text.in l.ſi filium.c.de libe.cauſa. & in facto proprio non toleratur ignorantia. l. quanquàm. ff. ad uelleian. Nec admittitur etiam ignorantia, quanta deberet eſſe legitima filiorum: quia eſt iuris, & ideo non excuſat l.regula.in princip.ff.de iur.& facti ignoran.l.ij.c.eodem. & hoc modo poſſet dici,quòd debeant intelligi omnes leges huius tituli. Defendendo ueritatem poſſumus reſpondere, quòd uera eſt regula l.labeo.de ſupellect. lega. uidelicet, neminem cenſeri aliquid dicere, quin prius mente id cogitarit. & ſic non eſt præſumendum aliquem donare, quin prius cogitauerit ſe uelle donare.Sed non ex hoc ſequitur, quòd cogitarit de liberis: quia de eis in contractu donationis non tractabatur & præſertim quòd haberet pater animum fraudandi,niſi de animo malo aliter edoceretur. Dolus enim nunquã præſumitur,niſi probetur.l.dolum.c.de dolo.l.fluminum.§. fin.ff.de damn.infect. Nec leges pro hac ſententia adductæ, iſtum ſenſum admittere poſſunt; quum de propoſito frau-

dandi in eis non conſtet. Et ideo non eſt mirum, ſi ſtatutum fuit, ut donatio re tantum inofficioſa, uſq; ad debitum bonorum ſubſidium ſolummodo reuocetur, in quencunq; ſit facta: quod ſecus eſt in donatione inofficioſa conſilio & re, ſicut in ſimili dicimus de eo, qui rem alienam contrectat: ut ſi malo animo, acriter puniatur; aliàs ſecus. l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis. maleficia enim uoluntas & propoſitum diſtinguunt. l. qui iniuriæ. in princip. ff. eod. Et pro opinione communi adducitur bonus tex. ſecundum docto. in l. ſi unquam.
4 C. de reuocand. donation.* ubi non poteſt dici inofficioſa donatio conſilio, quum non haberet tempore donationis filios pater, quos fraudaret: ſed fuit inofficioſa re tantũ, per actum donationis re ipſa conſummatum. Aduerte, quia poteſt diſputando teneri, & fortaſsis eſſet mera ueritas, quòd in l. ſi unquam, non poteſt dici donatio inofficioſa re, nec alio quouis modo. Moueor per regulam illam uulgatam, quæ habet, quòd priuatio præſupponit habitum. l. decem. ff. de uerbo. obliga. melior text. in §. ſeruus. Inſtitu. de capi. diminu. præterea non entis nullæ ſunt qualitates. l. eius qui in prouincia. circa finem. uerſic. quoniam non poſſunt. ff. ſi cert. pet. quum ergo ille pater non haberet liberos, quomodo eſt poſsibile dicere, quòd illa donatio eſſet inofficioſa re? nam inofficioſum dicitur, quod contra pietatis officium fit. l. ij. ff. de inoffic. teſtamen. & dixi in autent. nouiſsima. ſuprà titul. j. & ideo ſi ille pater donauit, quum non haberet filios, licet poſteà ſuſceperit, non poteſt dici inofficioſa, initio inſpecto. l. iij. §. ſcio. ff. de minoribus. nec reſcinditur in eo textu donatio, eò quòd ullo pacto ſit inofficioſa: ſed fauore filiorum poſt donationem natorum, ex præſumpta mente donantis, ut eſt text. in capitul. quicunque. xvij. quæſt. iiij. minusq; in illis iuribus de aliqua inofficioſitate mentio habetur. Et iſti ſententiæ adſtipulari uidetur Bartol. dum in diſtinctione ſua, & hîc, & in d. §. imperator. in caſu l. ſi unquam. non facit mentionem, an ibi fuerit inofficioſa aliquo ex his modis: ſed tantummodo quòd reuocetur ex præſumpta mente donantis; licet reprobando opinionem

opinionem Hugo. ſentiat in d.l.ſi unquam. donationem fore inofficioſam re. Quæ ultima opinio poſſet ſuſtẽtari, ſi accipere uoluerimus donationẽ inofficioſam de ſe, nõ facta relatione ad donantem: ut exponamus, prout in aut. nouiſsima. dixi de teſtamento: inofficioſa, id eſt, ualde officioſa: eò quia niſi illa donatio re ipſa facta reuocaretur, officeret filijs, ad quos ex uoto, & charitate naturali peruenire debent bona paterna. l. nam & ſi parentibus. in princip. ff. de inoffic. teſtamen. l. penul. §. j. ff. de bonis liber. l. cum ratio. in princip. ff. de bonis damna. & hoc modo, referendo ad effectum tantum, intellige illa uerba, iniqua liberalitas, quæ appoſui in mea diffinitione.
Diuiditur lex noſtra in duas partes. In prima thema. In ſecunda ibi, Non iniuria: reſponſio. Summare potes diuerſimode ſecundum uarietatem intellectuum, ut per doctores hîc. Ego ex mente Bart. in ſua diſtinctione ita ſummo: Donatio inofficioſa re, uſque ad debitum bonorum ſubſidium reuocatur. Patitur hæc lex duos principales intellectus, *ſecundum Accurſ. hîc, in prima quæſtione gloſ. magnæ. & iſte eſt caſus in terminis. Primus intellectus eſt, quòd mater donauit decem uncias ſuæ ſubſtantiæ: ex duabus, quæ ſuperfuerunt, fecit duodecim partes, quod poteſt. §. hæreditas. uer. non autem. Inſtitu. de hæred. inſtituen. & ex duabus uncijs iſtarum duodecim quas minutas appellant doctores, inſtituit Nicaronẽ, & Papinianam: de quibus in textu: & ſic quum iſti non habeant integram quartam totius patrimonij, ut quia id donationibus inofficioſis ſit exinanitum, ſubuenit eis lex, ut iuxta formam de inofficioſo teſtamento conſtitutam, per querelam debitum bonorum ſubſidium conſequantur. Iſtum intellectum dicit uerum Bart. hîc, in prima oppo. & puto in ſe uerum fore: attamen eſt diuinatiuus, quum ex uerbis textus nullo modo elici poſſit quippiam, per quod edoceatur, factũ hoc modo proceſsiſſe. Et ideo quum non appareat de iſta diuiſione, cenſeri debent iſti duo filij inſtituti in totis duabus uncijs, quæ remanſerunt ex bonis donatis: ſed quia fuerunt exinanitæ legatis uel fideicommiſsis, ſuper quo ſe fundat imperator,

perator,obtinuerunt remedium, de quo in fine legis. Et iſte eſt ſecundus intellectus Accurſ.quem Bartol. damnat, ea ratione: quia de iure antiquo legata ultra legitimam non ualerent,l.cum patronus.ff.de lega.ij.Paul.Caſtren.hîc,colum. ij.ad medium.ad iſtud fundamentum reſpondet diuerſificando caſus,ut hîc per eum.Attamen dicit, doctores tenere primum intellectum,quem alio fundamento adiuuat. Ipſe tamē
6 poſt Bald.in caſus figuratione*uidetur aliter ſentire,& ſic ponere tertium intellectum,quòd mater donauit decem uncias bonorum ſuorum duobus liberis,uel duobus extraneis: demum in teſtamento illos filios donatarios,& alios duos quos habebat,in illis duabus uncijs quæ remanſerunt,hæredes inſtituit: & ſic illi duo, quibus nihil donatum fuit, habuerunt unam unciam tantum, & quidem onuſtam legatis:ubi unam cum dimidia integram, per leges antiquas habere debebant. Iſte intellectus non placet: quia imperator in illo uerſic. ac poſtea uos.dirigit uerba ad illos duos conquerentes, quos alloquitur, non ad alios: nec poſſunt ſub illis uerbis comprehendi perſonæ, de quibus mentionem fecit: quum non ponat pro conſtanti,an liberis,an extraneis fuerit donatum: &
7 ſic ad illos relatio certa & cōgrua fieri non poſsit.*Quidquid ſit,non puto recedendum à primo intellectu, quia ſecundus non poteſt ſubſiſtere:nam etſi æs alienum & funeris impenſa ſint deducenda ante legitimam, non tamen legata. l. papinianus.§.quarta.ff.de inofficio.teſtamen.ut quia filius longè potius ius habeat in bonis parentis,quàm legatarius, nec quiuis alius. l.nam & ſi parentibus. cū cōcor.ff.eo.nec uerba huius legis dicūt,quòd exinaniuerit,& ſic quòd iſtud in effectu facere potuerit: ſed dicunt,exinanire geſtiuit,id eſt,deſiderauit: geſtire enim hîc, prout etiam apud grammaticos, nil aliud denotat, quàm deſiderare,ſeu uehementer cupere. Vides ergo quòd intellectus iſte non procedit:quia non obſtantibus legatis & fideicommiſsis relictis, filij hi duo haberent duas uncias, & ſic plus legitima, ſi eſſent alij duo filij, prout in themate præſupponitur: & ideo conquerentes non
audiren

audirentur.l.cum queritur. ſuprà titu.j.Suſtentari tamen poteſt iſte intellectus, ſi tenuerimus,donatum non filijs,ſed extraneis: & ſic quòd iſti querelantes eſſent ſoli: nam tunc ad integram quartam exigeretur adhuc uncia de iure iſto C. & Digeſtorum.l.papinianus.§.quarta.ff.de inoffic.teſtamen.& d.l.cum queritur. & iſte intellectus eſt uериſsimus,qùum lex noſtra de extraneis loquatur,& procedit ſine ſcrupulo. Expedita declaratione intellectuum huius literæ, capio examinandam quintam quęſtionem Accurſij,omiſsis cæteris,quas ſatis ſit in uoce expediuiſſe.In qua quæſt.recitatis opin.antiquorum,Bart.more ſuo elegantiſsimo,accõmodat pulchram diſtinctionem: ſed magis clarè & perfectè iudicio meo eam ponit,in d.§.imperator. Ego hanc materiam per tres breues concluſiones paucis abſoluam. * Prima igitur ſit concluſio: Donatio inofficioſa ſiue re tantum,ſiue re & conſilio facta in aliquem uel aliquos ex filijs, uſq; ad debitum bonorum ſubſidium tantùm,reuocatur. Fundamentum huius concluſionis ſtat principaliter,in autent.unde & ſi parens.ſuprà de inoffic.teſtamen.& in l.noſtra, iuncta l. ij. l.cum donationibus. l.ſi mater.& l.ſi liqueat.infrà eod.Ratio fundamentalis huius concluſionis eſt: quia admittitur, nec reprobatur à lege dilectio patris magis in unum ex filijs, quàm in alium: ut dicit Imperator in autent.de immen.donatio.in princip. & uerſic. dum liceat.colla.vij.ex quo autent.manauit. autent. unde & ſi parens. Ampliatur primò iſta concluſio, ut procedat non tantum in filijs,ſed etiam in nepotibus,& cæteris deſcendentibus, per text. in d.l.titia ſeio. §.imperator. qui loquitur de nepotibus.Facit l.noſtra,quæ loquitur generaliter de liberis, quorum appellatione ueniunt & nepotes, & cæteri deſcendentes.l.liberorum.ff.de uerborum.ſignific.§.fin. Inſtitu.qui teſtamen.tuto.dari poſſunt. Et non tantum intelligatur de patre,qui inofficioſe donat, ſed & de matre,auo,auia,& ſimilibus aſcendentibus perſonis:ut hac l. noſtra,& l. ſi mater.& l.ſi liqueat.infrà eod.& in d.§.imperator. Ampliatur ſecundò,ut non tantum procedat in donatione,quæ reuocatur cõ-

tra uoluntatem, ſed & in ea quæ reuocatur ex præſumpta mente donantis: ut eſt text.clarus, in l. ſi totas. infrà eodem. Extende tertiò, ea quæ diximus in deſcendentibus, ut etiam procedant in aſcendentibus; per text. in l. ſi filius. infrà eod. & etiam procedant in fratre, eo caſu quo ſibi debetur legitima: ſecundum Accur. in l. ij. in gl. fi. infrà eo. & in l. ſi filius. in gloſ. j. & ibi Paul. Caſtrenſ. notat. Pro quo facit, quia ea quæ dicta fuere in querela inofficioſi teſtamenti, cenſentur regulariter repetita in hac l. final. infrà eodem. & probatur in lege noſtra, in fin. & in alijs huius tituli. Amplia quartò, ut procedat, non tantum ſi is qui donat, cōdiderit poſt donationem teſtamentum: uerum etiam ſi inteſtatus deceſſerit. l. iij. infrà eod. & hæc ampliatio generalis eſt in tota materia: quum
9 lex illa generaliter loquatur. Secunda ſit concluſio: *Donatio inofficioſa re & conſilio in extraneum facta, reuocatur in totum; ſi talis reuocatio fiat contra mentem donantis. Fundamentum iſtius concluſionis ſtat, in l. ſi libertus. §. penult. ff. de iure pat. ſumendo argumentum à maioritate rationis. per text. in l. penult. §. j. ff. de bonis liber. l. ſi quis legatum. §. fina. cum gloſ. ff. de falſis. iſtam concluſionem firmat Bartol. hîc, & clarius in d. §. imperator. in ſua diſtinctione. ſequuntur q; communiter docto. hîc, & ibi. Intellige iſtam concluſionem ut procedat in donatione inofficioſa re & conſilio, ut dixi: non autem in donatione inofficioſa re tantum: quia eo caſu reuocatur ſolum uſque ad debitum bonorum ſubſidium: ut uoluit Bartol. in dicta ſua diſtinctione tam hîc, quàm in d. §. imperator. per text. in l. noſtra, & in l. ij. iij. & l. cum donationibus. infrà eodem. quæ iura meo iudicio non probant. Primò textus noſter, quia loquitur de donatione inofficioſa re & conſilio, ut demonſtrant illa uerba, ad deludendam inofficioſi querelam, de quibus dixi ſuprà in euidentialibus. Nec etiam probat l. ij. & l. cum donationibus. quia loquuntur in liberis, non in extraneis. text. quoq; in l. iij. infrà eodem. non loquitur, in quantum fiat reuocatio: ſed quod dictum in cauſa teſtati, habet locum in cauſa inteſtati. Non uideo quomodo poſsit

do poſsit in hoc titulo probari hæc concluſio: niſi in lege noſtra, intelligendo eam; ut per Bartol. hîc, quòd illa uerba, Ad deludendam inofficioſi querelam: poſita fuerint, quia ita contigerit ex euentu: non autem ex propoſito fraudandi. Qui ſenſus mihi placet: quia niſi ita dicamus (quidquid dicat Bartol. in alia ſolutione) ſequeretur, quòd concluſio noſtra eſſet falſa: quia hîc eſſet donatio inofficioſa re & conſilio, facta in extraneum; & tamen non reuocaretur niſi uſque ad debitum bonorum ſubſidium: ut patet ex illis uerbis, Vtpote quartam non habentibus. Quaſi dicat, ſi haberent quartam, non admitterentur ad querelam. Quod eſſet abſurdum & contra ea, quæ diximus, & contra text. cum rubro, in autent. de immen. dona. in filios factis. quod tantum loquitur, & ſe reſtringit ad donationem inofficioſam factam in filios, non autem in extraneos. Et iſta eſt communis opinio, teſte Iaſone, in autent. unde & ſi parens. in finalibus uerbis. ſuprà titul. j. licet dicat contrarium tenuiſſe aliquos doctores: ut ibi per eum, quòd etiam inofficioſa conſilio reuocetur uſque ad legitimam tantum. Aduerſus quos facit dictum autentic. de immen. dona. nec ratio, de qua ibi, maioris dilectionis in aliquem, uel aliquos ex liberis, militat in extraneis: ut ex eo textu, & ad ſenſum, patet.

10 *Tertia ſit concluſio: Donatio facta in libertum, reuocatur in totum, natis liberis: ut quia talis reuocatio, ex præſumpta uoluntate donantis procedat. Fundamentum huius concluſionis ſtat in l. ſi unquam. C. de reuocand. donationib. qui text. eſt ſingularis, & menti tenendus. Ratio fundamentalis poteſt ſumi ex dicto communi doctorum: quia in tali donatione ineſt tacita conditio, ſi liberos donator non habuerit. argu. l. cum auus. ff. de conditionib. & demonſtrationibus. & l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. Ampliatur iſta concluſio, ut non ſolum procedat in donatione facta liberto ſecundum caſum l. ſi unquam. ſed etiam in donatione facta cuicunque extraneo: ut uoluit Accurſ. in d. l. ſi unquam. Barto. hîc, & in dicto §. imperator. in ſua diſtinctione, quem docto. ſequuntur; & eſt communis opinio, ut atteſtatur

ſtatur & pulchrè defendit dominus meus Ioan. Franciſ. Ri-
pa, in repetitione ſua aurea d. l. ſi unquam. in ſecunda quæſt.
Ampliatur ſecundò, ut etiam procedat, ſi donator haberet fi-
lios, ſed crederet eos mortem obijſſe, falſo rumore ductus: ut
quia acceſsiſſent trans mare, uel in longinquam prouinciam.
arg. text. in l. fin. ff. de hæredib. inſtituend. & in l. iiij. C. eodem.
tradit dominus meus in d. l. ſi unquam. in quinta quæſt. pro
quo facit, quia iſta donatio uidetur facta ſub conditione taci-
ta, ſi liberi mortui fuerint. arg. eius quod dixi proximè in ra-
tione concluſionis. Si ergo ſuperſtites ſint, falſa cauſa condi-
tionaliter emiſſa, uitiat donationem. l. demonſtratio. §. fina. in
ſecundo reſponſo. & ibi per Bartol. in iij. colum. ff. de condi-
tion. & demonſtration. quod apparet ex præfatione, de qua
in d. l. fina. quam neceſſariò puto in tali donatione adijci de-
bere ad declarationem animi donantis. arg. eorum quæ no-
tat ibi Accurſ. in gloſ. modus. Tertiò extende concluſionem,
ut etiam procedat, dato quòd filij, per quorum natiuitatem
ipſo iure eſt reuocata donatio, incontinenti morerentur: quia
propter hoc nõ reconfirmaretur donatio. Iſta eſt deciſio Bar-
tol. notanda, in d. l. titia. §. imperator. in penult. quæſtione. de
quo latius per dominum meum in d. l. ſi unquam. q. xxxviij.
ultra quem adde quòd pro opin. Barto. faciunt, quæ in ſimili
determinat Decius in autent. præterea. col. fin. in fin. C. unde
uir & uxor. Amplia quartò, & ultimò pro nunc, ut procedat
etiam quòd donans iuraſſet non reuocare; ut uoluit Bart. in
d. §. imperator. quæſt. ulti. & dicit communem, ubi latè exa-
minat dominus meus in d. l. ſi unquam. q. iij. Limitatur nunc
11 iſta concluſio, *ut non procedat, ſi donatum eſſet eccleſiæ, mo
naſterio, uel hoſpitali: quia tunc uſq; ad legitimam tantum
reuocaretur donatio. cap. fin. xvij. q. iiij. ſequitur Bart. in d. l.
titia. §. imperator. col. ij. in princ. uerſic. quæro dixi quòd do-
natio. & iſtud tenuit Paul. Caſtren. hîc, col. ij. ad medium. Sed
quum monaſteriũ & locus pius habeantur loco filij. c. in præ
ſentia. uer. ſed & ſi teneret. extrà de prob. gl. in aut. ſi qua mu
lier. & in corp. unde ſumitur. C. de ſacro. ec. melius ſituaretur
hæc

hæc limitatio pro ampliatione ad primam concluſionem: de cuius tamen ueritate uide plenius per Dominum meum in dicta l.ſi unquam.quæſtio.xlix.Secundò limita,ut concluſio noſtra non procedat,quando eſſet expreſſè renuntiatum beneficio l.ſi unquam.ut ſi pater dixerit: uolo etiam quòd naſcantur mihi liberi, non poſſe donationem reuocare. Iſta fuit deciſio Bart.in dicta l.titia.§.imperator.uerſi. quæro utrum. l.ſi unquam.& eſt cõmunis opinio,licet plurimi Docto.contrarium tenuerint, & ſibi contrarij fuerint: ut uidere potes apud Dominum meum in dicta l.ſi unquam.quęſtio. lj. ultra quem adde,quòd hanc opinionem tenuit Iaſo. in l.ſi quis in conſcribendo.colum.iij.in princip.C.de pactis.ubi dicit,ſe ita cõſuluiſſe pro quodam nobili Mantuano. Et credo quòd eius conſil.ſit in ordine cxxv.incip. Bartholomæus Balbus, in primo uolu. Et hoc,quo ad reuocationem, quæ fieri poſſet uiuẽte patre,per remedium l.ſi unquam. Sed punctus eſt uidere, quid iuris in reuocatiòne inducta in fauorẽ filiorum poſt mortem parentum,per titu.de inoffi.donatio. Do.Iaſon in dicta l.ſi quis in conſcribendo.ubi ſuprà,uerſicu.tene contrarium. uidetur tenere, quòd hoc caſu donatio reuocetur tantum uſq; ad legitimam. Ego contrà ſentio,& pro ſolido fundamento præſuppono,quòd quando pater donat eo modo,quo dictum eſt ſuprà,dicitur donatio talis inofficioſa con ſilio & effectu: quia pater cogitat de liberis naſcituris:& ex malo animo, dum renuntiat, uult præiudicare ipſis filijs. Et quòd iſtud ſit uerum,tenet Bartol.in dicto §.imperator.ubi ſuprà,dum dicit,quòd non præiudicat pater filijs, quantũ ad reuocationem faciendam,per titulum de inoffi.donatio.quia ſit donatio in fraudem filiorũ. Si ergo ſit in fraudẽ,eſt inofficioſa cõſilio,& facta in extraneum: quare mortuo patre non dubito, quin ueniat reuocanda in totum, ſtante diſtinctione Bartol.communiter approbata & uera:ut in ſecunda conclu ſione liquidiſsimè demonſtraui. Limitatur tertiò iſta cõcluſio ſecundum Iaco.Butriga.quem refert Paul.Caſtrẽ.hic,colum.iij. in princ. ut procedat, quando is qui donaſſet,nullos

haberet filios natos tempore donationis: ſecus ſi haberet. Quia ſicut uult fraudare natos, pari ratione credendum eſt, quòd uoluerit fraudare naſcituros, ad quos maiorē affectionem non habebat, quàm ad iam natos. Et ita intelligit Iaco. procedere l.ſi unquam. Paul.putat diſtinguēdum:ut opinio Butriga. procedat, quando haberet pater filium, non tamen exoſum:aliâs ſi haberet exoſum, non procedat eius ſentētia, rationibus de quibus per eum. Circa iſtud non inſiſto, dicas de hac quæſtione,ut per Dominum meum in dict. repeti.l.ſi unquam. quæſtio.vj.qui reprobat hanc Pauli diſtinctionem. Mihi tamē uidetur,quòd lex ſi unquam.non cauillando,nec ſubaudiendo,manifeſtè probet intentum Iaco.Butrig.ſi contextus uerborum Imperatoris bene ponderetur. Et ex his ſint expedita, quæ circa huius difficilis legis materiā dixiſſe uolui.

## RVBR. C. DE PETI. HAERE.

1 *Continuatio rubr.per Accurſium defenſata.*
2 *Hæreditas quid ſit,remiſſiuè.*
3 *Petitio hæreditatis quid ſit,clarè demonſtratur.*
4 *Petitio hæreditatis quotuplex ſit.*
5 *Petitio hæreditatis an ſit realis,uel mixta.*
6 *Duo noua fundamenta ad demonſtrandum quòd ſit realis:cum reſponſione ad l.hæreditatis.infrà eod.*
7 *Petitio hæreditatis an ſit bonæfidei.*
8 *Terminus Petitio,quinq; modis in iure ſumitur.*

Rubr. Tractatus iſte petitionis hæreditatis eſt difficilis,utilis tamen ualde ſecundū Paul.Caſtr. in rubr.ff.eo.& in eo ſunt leges fortes,& terribiles, tam in Pandectis, quàm hîc:præſertim l.illa. cogi.famoſiſsima,quam Bartol.dicit ibi maluagiam,& Paulus horribilem:de qua ſuo loco (deo duce) dicemus. Gloſ.rubr.diuiditur in duas partes. In prima continuat.In ſecunda ibi,Et nota,ponit notabile,ſeu præfationem.Quæro ergo primò de continu

continuatione.*Dicit Accur.Poſt querelam inofficioſi teſtamenti,quæ eſt præparatoria, uenitur ad petitionem hæreditatis.Iſta continuatio non uidetur poſſe ſubſiſtere: tum quia à remotis à titul.de inoffic.teſtamen.contra l.ij.cum concor. ff.de ſtatu homi.tum etiam,quia uidetur innuere Accur.non dari petitionem hæreditatis, niſi querela præambula: quod eſt falſum,ut omnes ferè leges huius titul. tam hîc, quàm in Pandectis demonſtrant:& ideo continuatio nõ uidetur perfecta.Saluando poſſumus reſpondere,quòd continuatio non fit à remotis:quia tituli de inofficioſis donationibus,& inoffi. dotibus,intermedij,ſunt de materia:& locus ſuus erat hîc,ne tractatus inofficioſitatis ſepararetur. iuxta l.continuus. in princip.ff.de uerborum obligat.& l.ij.§.quartus. C.de uete. iur.enucl.& quum res patiatur,non obſtat dicta l.ij.ff.de ſtatu homi. Præterea id quod dictum eſt de querela, non habet obeſſe:quia uerum eſt,quod diximus,generaliter:attamen in ſpecie habendo reſpectũ ad eam petitionem hęreditatis,quæ dicitur reſciſſoria:prætextu querelæ præambulæ, quæ dicitur remedium reſcindens, ut dicunt Docto. in l.j.ſuprà de inoffic.teſtamen.quando quęremus de petitione hæreditatis tali,dicemus Imperatorem bene ſituaſſe hanc rubr. quia habuit reſpectum ad materiam proximam, & ideo quum iſte titul.quadraret,ipſum ſubannectit:& ita intelligẽdo,non negat Accur. quin ſcripto hæredi,qui nulla querela media uenit,detur petitio hæreditatis: quare ſumpta occaſione, poſt titulum de inofficio. teſtamen. de utraque mixtim dixit. 1

Quæro,& nunc expedio ſecundã partem gloſ. de qua petitione hæreditatis loquatur hic titulus,quum multiplex ea ſit,ut infrà uidebimus. Reſpondet Accurſ.de omnibus mixtim dicit:licet in Pandectis ſecus factum fuerit, quum ſeparatim poſiti ſint quatuor tituli. Habent pręmittere iuniores, quid ſit hæreditas: * de quo habent text.in l.nihil. ff.de uerborum & rerum ſignific.& in l.hæreditas.ubi Decius notat. 2 ff.de regulis iuris.examinat Bartol.in rubr. ff.de acquirend. hæredita. Sciendum eſt ſecundo loco, quid ſit & quænam

dicatur

3 dicatur petitio hæreditatis. *Reperio quòd ita diffiniri poteſt: Petitio hæreditatis eſt actio, quæ competit ei, qui dicit ſe hæredem ex teſtamento, uel ab inteſtato, iure ueteri, aut nouo, inſolidum, uel pro parte: aduerſus poſſidentem hæreditatem in totum, uel in partem, pro hærede uel pro poſſeſſore: per quam petit ſe declarari hæredem, aliquo de prædictis modis: & hæreditatem ipſam ſibi reſtitui. Iſta diffinitio eſt bona iudicio meo, & tota legibus comprobatur. Primò, quòd petitio hæreditatis ſit actio, probatur in l. ſed etſi lege. §. petitio. ff. eodem. & in §. actionum. inſtitutio. de actio. quòd competat ei, &c. probatur in l. prima, ſecunda & tertia. ff. eod. & in l. prima. §. primo. ff. ſi pars hædita. peta. declarat Paul. Caſtren. in dicta l. prima. ff. eodem. in princip. quòd detur aduerſus poſſidentem, &c. demonſtratur in l. regulariter. & per totum diſcurſum, uſque ad fin. titul. ff. eodem. l. hæreditatis. infrà eodem. iuncta l. cogi. Vltima illa uerba, per quam petit, &c. denotant concluſionem, quæ ex petitione neceſſariò proficiſci debet: quæ quidem concluſio in quocunque libello requiritur, ut dixit Paul. Caſtrẽ. in l. j. circa princip. j. colum. C. de litis conteſta. ponit Practic. Papien. in forma libel. quo agitur actio. reali decla. ſuper uerbo, Quare petit. Tertiò

4 uidendum eſt, quotuplex ſit petitio hæreditatis. *Breuibus ſi uolumus inſpicere effectum, una tantũ eſt: quia omnes tendunt ad unum finem: & quo ad effectum, diffinitio de qua ſuprà, omnibus conuenit: nam data paritate terminorum, tantum conſequimur per unam, quãtum per aliam. l. ij. ff. de poſ. hæred. peti. l. ij. ff. de fideicõ. hære. peti. Si autem attendere uolumus modum & formã petendi, diuerſę ſunt, ut ex ipſis titulis liquidò cõſtat. Nam alia eſt petitio hæreditatis uniuerſalis, de qua in titul. de peti. hære. ff. Alia particularis, de qua in titul. ſi pars hæredita. petatur. & hæ duæ ciuiles ſunt, & actio una & eadem eſt, licet ſint diuerſi tractatus ob petitionem diuerſam: quum idem iuris ſit de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei uenditio.

l. iuriſgen.

l.iuriſgen.§.adeò.ubi Iaſ.in primo not. ff.de pactis. Et iſtud declara latius,ut per Paul.Caſtr.poſt Accur.in l.j.in prin. ff. ſi pars hære.petatur. Tertia eſt,quæ à iure prætorio introducta fuit:& hæc datur bonorũ poſſeſſori,ſicut ſuperiores dantur hæredi.ſicut enim prætor hæredem quem facere nõ poteſt.§.quos autem.inſt.de bon.poſ.ita nec remedia hęredibus competentia,eis quos beneficio ſuo adiuuat,directò cõferre poteſt:& ideo ad exemplum petitionis hæreditatis introduxit bonorum poſſeſſoriam hæreditatis petitionem. l. j. & ij. ff.de poſſeſ.hære.petit.ubi omnino uide Paul. Caſtr.in rub. Quarta eſt, quæ datur ei,qui non eſt hæres directò, ſed per obliquum:quem fideicõmiſſarium appellamus:de qua in tit. ff.de fideicõmiſ. hære.peti.& hæc licet prima facie uideatur ciuilis,attamen prætoria eſt.l.ij.ubi Accur.tangit.ff.eod.clarius loquitur Bart.in l.fi.ad finẽ.ff.eo. Quartò diſcutiendum eſt, * an petitio hæreditatis ſit merè realis, an mixta. Docto- 5
res in hac re diuerſæ ſunt opinionis:propter textus, qui diuerſimode loqui uidentur:nam in l.hæreditatis. infrà eod.in primo reſpõſo.manifeſtè dici uidetur,ꝙ ſit mixta:in illis uerbis,Cũ mixtę perſonalis actionis ratio hoc reſpondere compellat. Ad idem tex.in l.ſed & ſi lege.§.petitio. ff. eo.dum ibi dicitur,Petitio hæreditatis etſi in rem ſit,habet tamen quaſdam præſtationes perſonales.Si habet quaſdam prętationes perſonales,datur intelligi,eam nõ merè realem, ſed mixtam. arg.§.quædam.Inſt.de actio.In contrarium adſunt duo text. fortes,qui ſimpliciter dicunt eam realem:in l.ſi bonæfidei. in ulti.reſponſo.ff.eo.l.ſinautem.§.ſed & is. ff. de rei uendi.ibi, Cùm in hęreditatis petitione,quę & ipſa in rẽ eſt,&c. Accur. in d.§.petitio.dixit,hanc actionem mixtam eſſe. idem repetijt in d.§.ſed & is.in glo.magna.ad fi. & in d. §.quædam.in glo.ij.in prin.de actio.Bar.uerò in d.§.petitio. indiſtinctè tenet aduerſus Accur.ꝙ imò ſit realis,& non mixta petitionis hæreditatis actio : ea potiſsimum ratione, quia non eſt dare duas ſpecies differentes,prout ſunt actio perſonalis & realis, in eodem indiuiduo:ut patet in exemplo dato per eũ:& hanc

P dicit

dicit ipſe eſſe ueritatem.Dominus Iaſ.in §.ſed iſte. col. vij. in
fin.& in §.quædam.col.viij.circa princ. Inſtit.de actio. refert
opinionem tenentium,quòd ſit mixta: uidelicet Dyni, Bald.
Ioan.Fabri,& Nico.de Neapoli: quorum fundamentis dicit
fore reſponſum per Areti.in d.§.ſed iſte.col.iiij. Idem Iaſo.in
rub.ff.ſi cert.petatur.colum.ij.ad medium,tenet cum Sali.&
Chriſtopho.Caſtil.quòd ſit realis, licet contrariũ & malè te-
nuerint Alexan.& Paul.Caſtr.ibi ante eum.Dominus Lud.
Gome.in §.quædam.col.viij.ad medium,& ſequen.de actio.
latiſsimè hunc articulum examinat: ponit enim opinionem
& argumenta utriuſq; partis:tandem concludit cum Barto.
in d.§.petitio.eam eſſe realem: & iſtam partem optimis fun-
damentis corroborat,quorum aliqua antequàm cũ uidiſſem,
excogitaueram, ſcilicet de ponderatione ipſius §.quædam.
& de uerbo petitio. quæ tamen de facili poſſent tolli, ut ui-
deres, ſi tanta in hoc articulo dicendi licentia daretur. Ego
6 pro hac opinione moueor duobus fundamentis. * Primum
eſt tale:ratio quæ mouet Docto.ad dicendum, quòd petitio
hæreditatis ſit mixta, eſt: quia habet quaſdam præſtationes
perſonales dict.§. petitio.dico ego, pone prout eſt dare pe-
titionem hæreditatis, quæ nullas habeat præſtationes per-
ſonales: utputa quòd in hæreditate non ſint aliqua nomi-
na debitorum, quæ fuerint exacta, ut in ipſo §. petitio. di-
cuntur eſſe:uel nullæ res fuerint uenditę, ex quibus pecunia
fuerit exacta:uel alia huiuſmodi:ſed tantummodo ipſa mera
& pura hæreditas, conſiſtens in tantis bonis, eo pacto quo
fuit relicta à defuncto: certe nemo eſt, qui non cõcedat, hanc
actionem realem:quum ceſſante cauſa mixturæ, ſcilicet prę-
ſtationum perſonalium, ceſſet etiam ipſum nomen mixtum.
argu. l. adigere.§.quamuis.ff.de iure patron.l.in omni. ff.de
adoptio. Quum ergo primordialis natura actionis petitio-
nis hæreditatis ſit realis merè,non eſt dicendum,quòd ex ac-
cidentibus uarietur. exemplum:Homo cũ naſcitur, eſt per-
fectus & ſine malicia: & hæc eſt eius primordialis natura:
quum autem excreſcit, accidentaliter incidit in uitia & pec-
cata;

cata:ut dixit in ſimili Barto.in l.ſi prius.col.x. uerſi. quinto oppo.ff.de oper.noui nunt.& tunc cum incidit in uitia,dicitur participare cum brutis,ut inquit Salluſtius:attamen non reſtat per hoc,etiam ꝙ ea quæ conueniunt brutis,& non homini rationali,ex accidenti ei obueniant, quin dicatur,& ſit homo.Tolle exemplum magis conueniens ; Vxor, etſi accidentaliter per immixtionem, recipiat aliquas præſtationes perſonales à marito,non tamen per hoc ſortitur ſpeciem mixtam,ſed retinet nomen primordiale fœminæ, & primæuam ſuam naturam ; & ſic ex accidenti rei natura nō immutatur. Ita dico in propoſito, Petitio hæreditatis etſi ex accidēti per immixtionē recipiat aliquas præſtationes perſonales,id eſt, aliquid quod ſit de natura actionis perſonalis,non tamen per hoc debet ſortiri ſpeciem mixtam ; ſed retinet nomen ſuum primordiale realis,& primæuam ſuam naturam.Pro quo facit,quia natura primordialis, non accidentalis eſt attendenda.l.item ueniunt.§.cum prædiximus.ff.eod.glo.ij.in l.certi condictio. ff. ſi certum peta. Secundò pro hac ſententia moueor ; quia dato quòd quæcunque actio petitionis hæreditatis habeat præſtationes perſonales ; attamen eius potentior natura eſt in rem.d.l.ſed & ſi lege.§.petitio. ſi eſt potentior, ergo realis tantum dicitur ; quum denominatio ab ea parte, quæ potentior eſt, fieri debeat. ut eſt text. clarus in l. quæritur. ff. de ſtatu hominum.Prætereà, actio realis eſt dignior perſonali.l.plus cautionis.ff.de regu.iuris.§. omnium. arguendo ab ordine literæ.Inſtitu. de actio.not. Paul.Caſtr. in rubr.quæſt.iij.ff.ſi certum petatur.ergo in dubio ab ea debet ſumi denominatio,nec debet remanere in nomine ambiguo.§.ſed ius quidem ciuile.uerſic.ſed quoties.Inſtitu.de iure naturali,gentium,uel ciuil.& ex his clara patet ſolutio ad text.in dict.§.petitio.Nec obſtat text.in l.hæreditatis. infrà eod. ad quem miror,ꝙ Docto.qui in eo faciunt capitale,non aduerterint.Nam licet ille text.dicat,ꝙ ratio mixtæ actionis perſonalis,ſcilicet cū reali,hoc reſpōdere compellat,ſcilicet ꝙ actio ipſa petitionis hęreditatis nō præſcribatur ſpatio longi

P 2 tempo

temporis: non tamen ſequitur ex hoc, quòd petitio hæreditatis ſit mixta, cum text. non dicat. Longe enim diuerſum eſt dicere, actio perſonalis ex accidenti miſcetur cum petitione hæreditatis: & dicere, quòd petitio hæreditatis non ſit realis, ſed mixta: ut patet ex his, quæ ſuprà dixi. Et per hæc puto remanere ſatis clarè defenſatam opinionem Bart. quam & communem & ueram omnino puto. Quinto loco ſciendum eſt, * hanc actionem hodierno iure apertè fore bonæ fidei, licet olim ſecus eſſet, ut declarat Imperat. in §. actionum. in fi. inſtit. de actio. & in l. fin. in fine. infrà eod. Rationem autem quare iſtud ita ſtatutum fuerit, & an dictum in petitione hæreditatis uniuerſali, cenſeatur repetitum in particulari, uide plenè per Ludo. Gome. in di. §. actionum. colum. v. ad medium, & ſequent. Poſtremò ſciendum eſt (ut nihil circa terminorum cognitionem ignoretur) * quòd iſte terminus, petitio, uarijs modis in iure ſumi poteſt. Primo & generaliter pro quacunque requiſitione, ſeu ſupplicatione ad ſuperiorem facta. c. petitio. de procurat. c. petitio. de homi. cum ſimilib. & de hac ſequitur rubr. cum nigro. c. de preci. imperat. offeren. Secundo, accipitur petitio, pro illa ſpeciali inſtantia ſeu demanda, quam quis facit apud ius dicentem, ut aduerſarius ſuus in ius uocetur. & de hac loquitur text. in c. propoſuiſti. de foro competent. In patria iſta noſtra talis petitio fit in ſcriptis, & paſſim ſupplicationes citatorias appellamus. Et hæc petitio neceſſaria eſt, cùm ſine iudicis commiſsione citatio fieri non poſsit. l. fin. ubi Bart. notat. c. de exhiben. reis. de quo per Iaſ. in rub. c. de in ius uocando. in ultim. uerbis. Tertio modo accipi poteſt petitio pro libello, in quo quid petitur, apud iudicem porrecto. §. ſi quis autem. uerſi. & neque ullum. iuncta glo. petitiones. in autent. quomodo opor. epiſcop. collat. j. Quarto accipitur ſtrictè petitio, pro actione reali. l. actio in perſonam. ff. de actio. & oblig. Quinto & ultimo, petitio ſumi poteſt ſtrictius in materia noſtra, pro ſpeciali actione reali, quæ petitio hæreditatis nuncupatur: de qua ſatis utiliter diximus. Reliqua quæ ſubijci

poſſent,

Margin: 7 (beside "dum eſt, * hanc actionem"); 8 (beside "ca terminorum cognitionem").

poſſent,uide latius per Iaſo.in §.actionum. col. xxvj. uſque ad fi.commenti.inſtit.de action.

L. PRIMA. C. DE PETI. HAERE.

1 *Diſpoſitio ſenatuſconſ.de quo in text. remiſsiuè.*
2 *Poſſeſſorum tres ſpecies.*
3 *Vſuræ multiplices,remiſsiuè.*

Senatuſcons. Ad euidentiam huius diſficilis, & ſubtilem habentis materiam, legis, præmittendum neceſſariò eſt, quod fuerit iſtud ſenatuſconſ. de qua in l.noſtra,& quomodo introductũ. Vlpianus in l.item ueniunt.§.præter hæc.ff.eod.iſtud tractat.Nam in uerſi.pridie.incipit narrare,quo tempore, quibus conſulibus, & quo Imperatore factum fuerit.Subſequenter,in uerſic.cum antequam.ponit uerba & diſpoſitionem ipſius ſenatuſconſ. uſq; ad §. aptanda. A quo incipit Iuriſconſ. exponere, & interpretari uerba ipſius ſenatuſconſ.quam interpretationẽ proſequitur per totam illam legem,& paſsim uſque ad finem tituli.Debes etiam ſcire diſpoſitionem legis Papię,& quomodo fuerit ea ſublata:ut habes in l.unica.in princi.& §.j. C.de cadu.tollen. Secundò, neminem latere debet, * poſſeſſorum fore tres principales ſpecies. Et primò habemus poſſeſſorẽ bonæ fidei:& is dicit̃,qui cogitatione domini poſsidet:id eſt, qui ſe dominum credit.l.apud antiquos.§.cum igitur.iuncta expoſitione Accur. C. de furtis. Alius eſt poſſeſſor malæ fidei: & is eſt, qui ſcit rem,ut quia alienam & non ſuam, ad ſe non ſpectare.l.fin.ubi uerba moralia uidebis.C.unde ui.Tertia ſpecies eſt ignorantis, qui medium inter priores tenet,ut quia nec bonam fidem, nec malam habeat: de quo loquitur text.cum gloſſ.in l.iij.§.fin.uerſi.uel etiam.ff.de acquir. poſſeſ.& in l.j. C. eod.& hoc propter iuſtam dubitationem admitti puto,ut innuit Accur.in d.§.fin. Hæc ex tribus uerbis 2

Barto.decerpſi.in l.furtum. §.j. ff.de uſucapio. de quo per Dynum & alios,in c.poſſeſſor.de regulis iuris.in vj. Tertiò
8 quia tractatur hic de uſuris, * ſciendum eſt, eas multiplices eſſe. Aliæ enim ſunt centeſimæ,aliæ ſemiſſes,trientes, beſſes, & huiuſmodi.de quibus centeſimis, eſt text.cum gloſſ. in l. fin.infrà eod.in autent.hoc ius porrectum. C. de ſacroſan.eccle.& in c.quoniam.xlvij. diſtin.de quibus generaliter, uide plenius quàm alibi per dominũ Bartho.Socy.in l.iij. §. item ſi reipublicæ.col.iij.in fin.cum tribus ſeq.ff.ad leg.falcidiam. Cætera,aduentantibus in dulciſsima patria mea Pedemontana hiſce turbulentis & adeò diris bellorum procellis, præpeditus fui proſequi:perficere opus cœptum,felicioribus ac fortioribus incremẽtis,forſan cõdonabitur aliàs, ſi CHRISTVS propicius fuerit, uotiſq; meis correſponderit. Alexander Loſęus,Auilianus,in Auguſta Taurinorũ academia.

RVB. C. DE LIBE. PRAETE. VEL EXHAER. *in inclyto Auenionenſi gymnaſio.*

1 *Accurſiana continuatio prius reprobata ſuſtentatur.*
2 *Rubr.hæc an congruè ſituata fuerit.*
3 *Ratio diuerſitatis,quare Imperat.hic præpoſuerit titulum de hered.inſtitu. quod ſecus alibi factum legimus.*
4 *Noua & uera, à titu. de teſtamen.uſque ad titu.de iure deliberandi.continuatio.*
5 *Cur ſit,quòd aliter inſcripta ſit hic rub. quàm in Pandectis & Inſtitu.*
6 *Quare hic facti fuerint duo titu.de præte.& exhæ.liberorum.*

Rubr. Interpretaturis nobis difficilimam & ſolennem auten.ex cauſa. etſi onus humeris meis longè impar aſſumpſerim,operęprecium fore putaui, ne illotis manibus ad eam deueniamus, aliqua circa rub.ipſam.de libe.præte.uel exhære.differere. Situata eſt hæc rubr.in ſexto eo,auro pleno, Codicis libro,titu. xxviij.
1 Quam Accur.ad præcedentes hoc modo continuat: * Quia in teſta

in teſtamentis exhæredantur & prætereuntur liberi,ideo dicit de hoc:Iſta continuatio non uidetur uſquequaq; poſſe defendi;quũ ſit nimis ad remota cõtinuare,ad titulum de teſta. qui quatuor titulis ab hoc diſtat:contra uulga. tex.in l.ij.ff. de ſta.homi.& in l.cum de lanionis.§.aſinam molendinariam. ff.de fun. inſtru. qui tamen textus nunquàm mihi probauit aſſumptum,ut alibi dixi.Debuit ergo Accur.continuare ad titulum proximum,de neceſſa.ſeruis hære.inſtitu. Saluando poſſumus reſpondere, iſtud continuationi Accurſianæ non obeſſe: quia id quod diximus, continuationem debere fieri ad proxima, non autem ad remota,procedit, ubi materia intermedia eſſet omnino difformis & diſſona: non ſi materia ſit eadem.text.eſt in l.ij.§.quartus. ibi, cum opoituerat. C.de ueteri iure enucleando.& probat text.quem retorqueo in contrarium,in dict.l.ij.de ſtatu homin.ibi, Prout res patitur.Et iſtud fuit de mente Iaſo.in rubr.inſtit.de actio.colum. ij.ad medium.ultra quem dico eſſe bonum tex.in l.prima.in princ. ff. de peculio.ponderando text.ut in uoce retuli. pro quo facit, quia ſi inter interrogationem & reſponſionem interponatur actus, qui non ſit penitus extraneus, non uitiatur ſtipulatio.l.continuus.in princi.ff.de uerbor.obligat. ita dico in propoſito: etſi à titulo de teſtamentis ſint intermedij iſti quatuor, quia tamen non ſunt diuerſæ omnino materiæ,quinimo eiuſdem, dicendum eſt hanc continuationem ueram eſſe, & de iure ſubſiſtere.Sed iſta ſaluatione non obſtante, quæ tamen in ſe uera eſt, ex alio capite inſurgo: * & uidetur quòd iſta rub. non fuerit hoc in loco bene ſituata: & quòd melius fecerint Iuriſconſult. in Pandectis, & Imperat. in Inſtitutio. qui illico poſt titu.de teſtamen. hunc interpoſuere. pro quo dico eſſe textum in l. inter cætera. ff.eodem. dicitur ibi,Inter cætera quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale ius eſt, de liberis inſtituendis,uel exhæredandis:ergo poſt ti.de teſta.iſte debebat ſtatim ſubſequi. Nam ſi principale,ergo primum. Quod autem primum eſſe debet, aliud ante ſe habere non poteſt.l. 2

proxi

proximus.ff.de uerbo.ſignifi.melior tex.in §.diſcipuli.uerſi. in reliqua.in procem. Digeſtorum. Pondera etiã dictionem, neceſſario, quæ præciſam neceſsitatem importat. l. obligamur. §.conſentientes.iuncto ſecundo intellectu Accur. ff. de actio.& obliga.§.j.in ſecundo reſponſo.Inſt.de hære.qualita. & diffe. Ad iſtud contrarium dices facilem patere ſolutionẽ: quia Imperator hic obſeruauit,quod ſtatuit ibi Iuriſcõſ. nam primò in ſuperioribus titulis tractauit de liberis inſtituẽdis, nunc autem de ipſis exhæredandis: nec eſſe mirandum dicet quis,ſi Iuriſconſ.in Pandectis ſtatim poſt titulũ de teſtamen. immiſcuit iſtum:quia ibi ſimul & ſemel tractat de liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, uel exhæredandis, quod hic non fit,quia ſunt ſeparati tituli:ut quia hic de ipſis exhęredatis ſeu exhæredandis tantũmodo habeatur mentio : neceſſarium ergo fuit in præcedentibus poſt titu.de teſtamen. uidere prius de inſtitutione , quàm de exhæredatione , ut in titu.de inſtitu.& ſubſti,&c.Sed quid reſpõdebimus domino Imperat.qui illico poſt titu.de teſtam.& qui teſta. face. poſſ. poſuit titulum,de exhære.liberorũ.ſimpliciter,ſicut hic poſuit idemmet:& tamen per prius non poſuit rubr.de inſti. libero.Dicas, ꝙ etſi in rubro habeatur mentio ſolum de exhæredatione,attamen in nigro traditur mixtim tam de inſtitutione, quàm de exhæredatione ; quod non eſt abſurdum, ut quia nigrum generalius,per rubrum ſpeciale non reſtringatur ; ut eſt glo.ordina.in uerbo,illicitas,in autent.de inceſtis nuptijs.colla.ij.tradunt ſcribentes,præſertim dominus Iaſ.in l.j.ff.ſi cert.peta.in princ.Aduerte,quia per iſtud non eſt abſoluta difficultas:nã fateor,ꝙ bene fecit hic Imperator,ſi prępoſuit titu. tractantes de inſtitutione liberorum,demum de exhæredatione: ſed dico,ꝙ titu.de hæredi.inſti. generalis, in quo ne quidem uerbum fit de inſtitutione liberorum, debebat poſtponi, ut legimus factum apud iuriſconſ. in Pande-
3 ctis,& Imperato.in inſtitu.* Reſpõdeo, iſthæc diuerſa ratione & fine facta fuiſſe ; nam Imperator hic motus fuit hac ratione (ut opinor) quia ad cognitionem ſpeciei debet præcedere

dere cognitio generis. l.j. ff.ſi certum petatur. & ideo quum poſſit inſtitui filius,ſeruus,extraneus,quorum extraneorum multæ ſunt ſpecies,ut alius cognitus, alius incognitus,& ſimilia:non eſt mirum ſi prius tractauit de hæredis inſtitutione in genere, demum in ſpecie de ipſis liberis hæredibus inſtituendis,uel exhæredandis.Nec obſt.quòd dicitur in titul. de hæredi.inſtituen. ſuprà non haberi mentionem de liberis: quia reſpondeo rubr.generalem per nigrum ſpeciale non reſtringi.l.j.ubi Iaſo.colum.ij.proximè adducta: nec exempla reſtringunt regulam generalem.l.j.§.quod uulgo.ff.de ui & ui arma. Iuriſconſ.uerò in Pandectis & Imper.in Inſtitu.alia ratione moti fuere:nam poſtquàm in ſpecie tractauere de liberis exhęredandis uel inſtituendis,non abſurdum fore exiſtimauerũt,ut aliquibus in ſpecie enumeratis generalis clauſula ponatur,quæ omnia comprehendat:iuxta tex.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex.ff.ad legem aquil.& iſtud præſenſit Accur.in gloſ.rubric. ff.eodem.Cogita tu,ſi in his quæ ſunt iuris poſitiui,meliorem rationẽ aſſignare poſſis.Quare omiſſis his diſceptationibus, quæ in infinitum protrahi poſſent, * ego ultra doctores hîc, ad tollẽdas omnes ambiguitates ita continuari poſſe arbitror. Viſum fuit ſuprà de teſtamentis: uerum quia caput & fundamentum totius teſtamẽti, eſt hæredis inſtitutio.§.ante hæredis. inſtitu.de legatis.ideo ſubiecit Imper.rub.de hæredi.inſtit. Sed quia non ſemper purè,uerum etiam ſub conditione ſolet celebrari hæredis inſtitutio. §.hæres.inſti.de hæred.inſtit.& quia ſubſtitutio nil aliud eſt, quàm inſtitutio, licet ſecundo loco facta. gloſ. & Docto.in rubr.ff.de uulga.& pupil.& eſt tex.in l.querebatur.in princ. ff.de mili.teſta. nimirum ſi ſubſequenter fuit appoſita rubr. de inſtitu.& ſubſtitu.& reſtitu.ſub condi.factis. Cum autem ſubſtitutiones, non tantum puberibus, ſed & impuberibus fiant,& ſint hę multiplices:ideo conſecutiuè ſubijcitur rubr. de impube.& alijs ſubſtitu.Verum quia nouiſsimo loco,ſerui neceſſarij hæredes inſtituuntur,uel ſubſtituuntur. inſtitu. de uulga. in princip. ne tractatus inſtitutionum & ſubſtitu- 4

tionum ſepararetur : accommodata fuit non immerito rubr. de neceſ.ſeruis hæred.inſti. uel ſubſtitu.finito igitur tractatu inſtitutionum & ſubſtitutionum:quia liberi non ſemper inſtituuntur:ſed prætereuntur quandoque,uel exhæredantur: ideo congruenter ſituata fuit hîc noſtra rubr. de libe.præte. uel exhæred.Et quia non tantum nati,uerum etiam poſthumi quandoq; inſtituuntur,prætereuntur,uel exhæredantur: ideo poſt hanc noſtram,ſubſequitur rubr.de poſthu.hæred.
5 inſti.uel exhære.&c.Quærit hîc Domi.Iaſo.quare ſit,* quòd in Pandectis Iuriſconſul.& in Inſtitutio. Imper. aliter inſcripſerint rubr. quàm hîc. Reſpondet ipſe breuibus,ſe putare, iſtud fore iuris poſitiui:quicquid dicant moderni in rubr.ff. eodem.Ego muſsitaui iſtam rationem aſſignari poſſe pro iunioribus:& neſcio an alij tangant,quòd Iuriſconſul.inſcripſit per gerundium futuri temporis, cōſiderans quòd dum quis exhæredatur, conditur teſtamentum,& alius hæres inſtituitur:quum ſine hæredis inſtitutione non ſubſiſtat teſtamentum,dicto §.ante hæredis. inſtit.de lega.& exhæredatio nullo inſtituto minime teneat. l.filium. §.ſed cum exhæredatio. ff.de bono.poſſeſ.contra tabu.& ideo quia nondum tractauit de hæredi.inſtitu. ideo ponit per gerundium, ut demonſtret, quòd quando aliquis inſtituetur hæres à teſtatore, ut inter cætera curet parens teſtator,de liberis & poſthu.exhæredan dis, ſi nolit inſtituere. Imperator uerò hîc habuit reſpectum ad id,quod iam factum eſt : quia tractauit de hæredi. inſtitu. ſuprà,& ideo dicit in præterito, de liberis exhæredatis, ſcilicet alio hærede inſtituto,ut ſuprà dictum fuit.Imperator autem in Inſtitut. magis clarè dixit pro iuuenibus, per nomen uerbale;quum nomina uerbalia nō habeant tantam ſcrupuloſitatem,ſicut gerūdia & participia, quum ipſa nomina demonſtrent uerè qualitatem & ſubſtantiam actus,ut dixit Iaſ. in rubr.Inſtitu. de actio.columna quinta. circa finē. Iſta ratio quadrat iudicio meo ; ſed uidetur confundi,per rubr.ſeq.ubi dicitur de poſthumis exhæredandis. ego circa iſtud ulterius non inſiſto,cogita tu ingenioſe,ſi poteris defendere. Quæro ultra

ro ultra Iaſo. quare ſit * quòd Imperator hîc fecerit duos titulos ſeparatim, de liberis præteri. uel exhære. & de poſthu. hære.inſtitu. cuius contrarium uidemus in aliĳs libris ſeruatum fuiſſe. Reſpondeo, Imperatores, prout proponebantur diuerſi caſus,decidebant:& ideo uiſum fuit compilatoribus, quum colligerēt illa reſponſa,diuidere in duos tractatus gratia facilioris intelligentiæ:ſicut diligentes patresfamiliâs,gratia uberioris culturæ,diuidunt fundū in partes.l.caius.§.fin. ff.de legat.ij.nec per hanc diuiſionem efficitur diuerſus fundus,ut ibi dicitur : ita nec per hanc titulorum ſeparationem diuerſificatur materia, quæ alibi ſimul fuit tradita. 6

Et ex his ſit expedita iſta rubr.in famigeratiſsimo Auenionēſi gymnaſio.Quos uerò ibi,in auſtenti. ex cauſa, edidi commentarios,hîc inſerere nolui:ut quia dubio belli euētu etiā perterritus, opus cœptū perficere nequiuerim : ſed apud Lugdunenſes,ubi, annuente Deo,in præſentiarum adſum, me receperim.

# ALEXANDER

LOSAEVS AVILIANVS, IVRIS-
conſult. Antonino Rolando, è ſorore
nepoti, ſacrarum legum
profeſſori, S.

CV'M proximioribus diebus in animo reſediſſet (nepos chariſsimè) commẽtarios noſtros, quos primò ſuſceptarum à nobis inſularum anno, te audiente, in Auguſta Taurinorum edidimus, in publicum depromere: per tabellas meas te certiorem reddere non diſtuli, me id muneris, qualequale futurum ſit, Reuerendiſs. & Illuſtr. Hypporedienſi antiſtiti, totius Pedemontanæ noſtræ regionis fulgentiſsimo ſyderi, ac eorum qui uirtutem omnium bonorum matrem excolũt, uero alumno, pia & ſyncera mẽte deuouiſſe. Poſt quod opus abſolutum, ac iam chalcographo traditum, neſcio quo fato in manus noſtras ſe obtulit ſcholaſtica ea in §. præterea inutilis. mea enarratio, quam Tholoſa rediens, anno tamen prius reuoluto in gymnaſio Taurinenſi, cõmilitonum noſtrorum monitis adnitens, etſi ueſtibulum Pontificij Cæſareiq́ iuris nondum attigiſſem, in publicum prodeundo, diſcutere non fui ueritus. Cum autem chartas illas reuolui, comperij me nihil penitus ibi dixiſſe, quod memoria dignum iudicari deberet: tum ob tenue meum ingenium: quum propter adoleſcentiæ ætatem, cuius limina ea tempeſtate ingreſſus uix fueram: ob quod propoſuerã, nullo pacto eas tyrunculi nugas, hoc in opuſculo noſtro inſerere. Verum amor ille uehemẽs, quo te ab ineunte infantia, tam ob ſingulare ingenium, quo te præmunitum ſemper iudicaui, quàm propter ſanguinis adeò arctam neceſsitudinẽ, proſequi nunquàm deſtiti, ad hoc me impulit, atq; coegit, ut rubore à tergo dimiſſo, tibi conſulere ſatius decreuerim: non quòd ſim inſcius, uigiliolas iſtas noſtras maiorẽ doctrinã tibi ingerere non poſſe: ſed ut exem-

 plo meo

plo meo(etſi minus prudens ſim) allectus,in campum diſputationum,& lectionum facilimè proſilias: quod te facturum ſpero. Ades enim in ea antiquiſsima & ſplendidiſsima Valentina academia, in qua tot excellentiſsimorum præceptorum ſolidam doctrinam imbibis: ut breui auunculum ſuperare,tibi futurum ſit pulchrum: ei uerò non minus glorioſum. Agè igitur,& rem felicibus auſpicijs inceptam,felicіori incremento proſequere: curaq; in tantum proficere, ut ſi quid inaduertenter & pueriliter in hoc commentariolo protulerim(quod negare nefas putarē) paratus ſis inter inuidos & detractores auunculi, cuius in te amoris firmiſsimum pignus habes, cauſam defenſare. Vale,& me illuſtri rectori, Franciſ.Bariaco,hoſpiti tuo munificentiſsimo, totū deuoue. Ex urbe Lugduno,Calend.Auguſt. M. D. XXXVII.

## INTERPRETATIO IN §. PRAEterea inutilis. Inſtitu. de inutil. ſtipula.

1 *Diuiſio,& ſummarium paragraphi.*
2 *Ratio dubitandi ad primam partem text.*
3 *Vera ſubſtantia ſtipulationis.*
4 *Ratio dubitandi ad ſecundam partem text.cum ratione decidendi.*
5 *Tria notabilia ex textu ſelecta.*
6 *Quid ſibi uelint hi termini,Qualitas,Quantitas,& Species.*
7 *An bene fecerit Accurſ.qui uerbum,congruè,in gloſ.addidit.*
8 *Reſponſio diuerſa,à ſtipulatore illico approbata,ſtipulationem non uitiat.*
9 *Diuerſitas inter interrogationem & reſponſionem circa ſpeciem, an ſtipulationem ualidet, ſi ſtatim approbetur.*
10 *Diuerſitas circa qualitatem ſtipulationem reddit inutilem.*
11 *Diuerſitas circa quantitatem,in eo quod conſonat,ualet,in alio non.*
12 *Diuerſitas circa appoſitionem diei,an uitiet ſtipulationem.*
13 *Opinio Bart.& Alex. aduerſus Roma.& Iaſo.ſuſtentatur.*
14 *Argumentum de re ad tempus,quando procedat.*
15 *Diuerſitas circa ſpeciem, ſtipulationem uitiat.*
16 *Diuerſitas plurium ſpecierum copulatiuè cumulatarum, quando dicatur non uitiare ſtipulationem.*
17 *Diuerſitas plurium ſpecierum alternatiuè cumulatarum, quo caſu uitiet ſti-*

*pulationem.*

18 *Ratio diuerſitatis,inter ſpecies copulatiuè cumulatas,& alternatiuè.*

19 *Ratio diuerſitatis, inter ſummas alternatiuè deductas in ſtipulationem, & ſpecies.*

20 *Suſtentatur in hoc articulo ratio Accurſ.aduerſus Bart.*

21 *Caſus in quo,in ſummis id quod minus eſt, non ſemper attenditur.*

PRAETEREA inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat: ueluti ſi quis decem aureos à te dari ſtipuletur, tu quinque promittas,uel contrà: aut ſi ille purè ſtipuletur,tu ſub conditione promittas,uel contrà.Si modò ſcilicet id exprimas:id eſt,ſi cui ſub conditione, uel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas, præſenti die ſpondeo.Nam ſi hòc ſolùm reſpõdeas, promitto:breuiter uideris in eandem diem, uel conditionem ſpopondiſſe. Neque enim neceſſe eſt, in reſpondendo eadem omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit.

PRAEFATIVNCVLA.

SOlent alij in initio lectionum ſuarum ( uiri fratres & commilitones ornatiſsimi ) orationes ſeu procemia aliqua captandæ beneuolentiæ gratia decantare. Ego uerò cum maniſeſtè ex actibus exterioribus exploratum habeam, quod meum ſit,amplius id mihi acquiri non poſſe;ad eam prouinciam,quam in præſentiarum aſſumpſi, animum & uerba conuerto:unum tantum à uobis expoſcens,ut ſi quid perperam, minusq́ decenter in medium attulero, id fraterna charitate & dilectione corrigendum ſuſcipiatis. Dixi.

PARAGRAPHVS iſte habet materiam quotidianam, & eſt magis prægnans, quàm alius qui ſit in toto iſto titulo: continet enim ferè totam materiam legis illius magnæ, pri-

mæ in ordine. ff.de uerborum obligation. & ideo circa eius intelligentiam diligentius erit inſiſtendum;iuxta ſententiam iuriſconſult.in l.legaui.ff.de liber.lega.& in l.iuſto. in princi. ff.de uſucapion.ob quod miror,quod nemo hactenus ipſum proprijs dotibus honeſtauerit. Ego circa ipſius interpretationem ea tantum adducam,quæ iudicio meo ad rem facere, & utilia eſſe uidebuntur:omiſſa ſemper uerboſitate,quæ audientibus nauſeam parere ſolet. Præmittenda ſunt pro cognitione terminorum ea, quæ copioſiſsimè traduntur, per docto.in rubr. ff.de uerbo. obligation. præſertim per excelſi ingenij uirum dominum Lancel.Gali. modern.Valentinum, qui ſolenniter illam rubric.repetijt. Doctorum nemo quem
1 uiderim,hunc §.diuidit:* Ego in duas partes ſcindendum putaui.Nam in prima ponitur unum dictum cum exemplis, & ipſius dicti declaratio. In ſecunda ponitur una limitatio,cum eius ratione:ſecunda eſt ibi,nam ſi. Summatur multifariam, ut per ſcribentes hîc. Ego alijs omiſsis, quæ nimis prolixa ſunt,aut defectuoſa,ita ſecundum Bald.hîc ſummo:Reſponſio incongrua ad interrogationem uitiat ſtipulationem: & generaliter reſpondens, uidetur ad omnia reſpondiſſe, quæ interrogationem præceſſerant.caſus figuratur,ut in uoce re-
2 tuli.Ratio dubitandi ad primam partem text.noſtri, * poteſt ſumi de l.j.in princip.ff.de uerborum obligation. & de text. ſuprà de uerb. oblig. in princip. ubi dicitur, quòd ſtipulatio non poteſt confici niſi utroque loquente. Ergo à contrario ſenſu ſumpto argumento,quod eſt in iure ualidum.l.j.uerſic. huius.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdict.ubi uterque loquetur, ſtipulatio rectè confici dicetur. Præterea urgebat text.in §.item uerborum. infrà eod. dicitur ibi, Item uerborum obligatio inter abſentes concepta inutilis eſt: ergo eodem retento argumento datur intelligi, inter præſentes factam,utilem eſſe. Quare uidebatur dicendum,ſtipulationem de qua in §.noſtro,utilem eſſe, & non inutilem: ex eò quòd præceſsit interrogatio, & ſubſecuta fuit reſponſio: &quia inter præſentes facta. Hac tamen ratione dubitandi, & ſimilibus,

libus,quæ adduci poſſent, non obſtantibus, contrarium hîc decidit Imperator. Et ratio decidendi, à qua in materia iſta pendet tota lex & prophetæ,fuit:*quia in ſtipulationibus ua- 5
lidandis requiruntur uerba congrua, ex quibus liquidò poſ- ſit colligi & demonſtrari mens contrahentium: & per conſe- quens,conſenſus partium: qui de neceſsitate in qualibet ſti- pulatione requiritur: ad hoc ut talis ſtipulatio potens ſit & ualida parere obligationem,& conſequenter actionem. text. eſt clarus in l.j.ſ.adeò.ff.de pactis.& in l.continuus.ſ.j. ff.de uerbor.oblig. Præterea ratio iſthæc decidendi optime com- probatur ex diffinitione ſtipulationis, poſita in l. v. ſ. ſtipu- latio. ff. eod.ubi dicitur, Stipulatio eſt uerborum conceptio, quibus is,qui interrogatur,daturum,facturum'ue ſe id,quod interrogatus eſt,reſpondet.Ecce textum quadrantem in illis uerbis,id quod interrogatus eſt ; ex quibus elicitur,neceſſa- rium eſſe,quòd quis reſpondeat ad ea, quæ interrogatus eſt, ad hoc ut ualeat ſtipulatio:quod non fit in textu noſtro,ideo nimirum ſi ita deciditur. Non obſtant,quæ adducebam pro ratione dubitandi:nam illa argumenta à contrario ſenſu pro- cedere non poſſunt ; quia ex illis reſultaret prauus & peſsi- mus intellectus: quod fieri non debet.l. conuenticula. c. de epiſcop.& cler.l.ij.c.de condi. inſer. ubi docto.notant. Con- ſequentia enim non eſſet bona, dicere, ſtipulatio non poteſt confici niſi utroq; loquente,ergo ubi uterque loquitur,præ- poſita interrogatione,& ſubſecuta reſponſione, ibi eſt ſtipu- latio.Do inſtantiam ; ubicunq; præcedit interrogatio, & ſe- quitur reſponſio,non eſt ſemper ibi ſtipulatio: nam ſi probe- tur partes talem conuentionem non animo ſtipulandi,ſed pa ciſcendi facere uoluiſſe, tunc pactum talis conuentio,& non ſtipulatio dicetur. Iſtud eſt quod expreſsè iuriſconſult. in l. iuriſgentium.ſ.quod ferè.ff.de pactis.& iſtum text.uiua uo- ce didici ab excellentiſsimo præceptore meo, domino Ioan. Franciſ.Ripa in ciuitate Auenionenſi, qui dicebat tex.hunc inter alios cordi figendum ; eò quòd clauis eſſet in tota iſta materia. Facit etiam,quod in ſimili habetur in l. ex ſtipula-

 tione.

tione.c.de ſenten. & interlocu.omn. iudic. quòd non omnis uox iudicis eſt ſententia, ſicut nec omnis uox principis eſt lex:de quo habemus gloſ.primam,in §.ſed & quod principi.
4 ſuprà de iure natur.gen.uel ciuil.Ratio dubitandi ad ſecundam partem tex.noſtri potuit ſumi ex l.arrianus. ff.de actio. & obligatio.Ponderando text.in illis uerbis, ubi de obligando quæritur, propenſiores eſſe debere nos, ſi habeamus occaſionem ad negãdum. Sed mehercule, quis uellet meliorem occaſionem inuenire ad negandum: ubi quis dicit, Promittis mihi purè? & alter reſpõdet,Promitto:quàm dicere,quòd intellexerit,ſe promiſiſſe ſub conditione, uel in diem, ad hoc ut ſit diſſenſus,& ideo non obligetur. Sed hoc non obſtante, contrarium hîc decidit Imperator, aſsignans ipſemet rationem decidendi in finalibus uerbis,dum dicit,Neq; enim,&c. Concordat text.quem gloſ.final.hîc allegat,in l. titia.§.idem reſpondet.il primo.ff.de uerborum oblig.ad idem text. in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de interrog.actio. Et pro hac ratione decidendi facit illa uulgata regula, quæ habet, quòd par eſt uirtus taciti & expreſsi.l.cum quid. ff. ſi certum peta. l.de quibus.ff.de legib.nam paria ſunt,quòd quando quis interrogatur,Promittis mihi purè? ſi interrogatus reſpondeat, Promitto: ſicut ſi reſponderet,Promitto purè. Et iſtud præſenſit Bart.in d.l.cum quid.colum.ij.uerſic.tertiò poteſt probari. Nec obſtat,quod adducebam pro ratione dubitandi, de l.arrianus.ff.de action. & obligation. quia dico, quòd ille text. procedit in ambiguis penitus ex utraque parte; ſecus in claris ex una,& obſcuris ex alia,prout in caſu noſtro:quia in illa reſponſione obſcura præſumptio iuris, & de iure ſupplet in fauorem interrogantis, quòd promiſſor ita reſpondendo conformauerit mentem ſuam cum mente ſtipulantis: ut uult textus noſter;contra quam præſumptionem non admittitur probatio in contrarium. l.fin. in ulti.reſponſo. c.ad ſenatuſconſul.macedon. c.is qui fidem. extrà de ſponſal. ponit gloſ.& docto.in l.fina.in princip.ff.de eo quod metus cauſa. Prætereà pro hac ratione facit,quia debemus interpretari actum

ri actum in dubio, ut potius ualeat, quàm pereat, præſertim in ſtipulationibus.l.quoties in ſtipulationibus. ff.de uerborũ obligation. & ut uerba cum effectu intelligantur, ad hoc ut aliquid operentur.l.ſi quando.in princip.ff.de legatis primo. Adeò, quòd licet ſtipulatio ſit ſtricti iuris. l. quamuis. c. de uſur.& notatur in ſ.actionum.infrà de actio.& ſtricte ueniat interpretanda l.quidquid aſtringendæ. ff.de uerb. obligatio. recipit tamen interpretationem ſubſtantialem,ut ualeat;quia in dubio debet ſumi ſenſus, qui actum conualidare habeat; ut notat dominus Iaſ.in d.l.quoties.in primo notab. & eſt bonus text.in l.ubi eſt uerborum.ff.de reb. dub. His expeditis, deuenio ad notabilia,*circa quæ non ita latè,ut oporteret,me 5
extendam; ſed ſicco pede pertranſibo, ut plenius materiam in glo.magna attingam.Noto igitur primò ex hoc tex.quòd diuerſitas inter interrogationem, & reſponſionem uitiat ſtipulationem.concor.text.in l.j.ſ.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerborum obligation.& cum hoc not.ſimpliciter tranſeunt.Ioã. de Platea,Portius,& Angel.hîc.& docto. in d. ſ.ſi quis ſimpliciter. Noto ſecundò,quòd ad hoc ut diuerſitas inter interrogationem & reſponſionem uitiet ſtipulationem, requiritur,quòd ipſa interrogatio & reſponſio ſint penitus difformes,& quòd expreſſe aliud, quàm id de quo promiſſor interrogatus eſt,reſpondeatur. Iſtud eſt quod uult Impera.hîc. facit text. iuncta gloſ.in uerbo reſponderit.in d.ſ.ſi quis ſimpliciter. Noto tertiò,& ultimò,quòd ſtipulatio hoc modo concepta,Promittis ſub conditione? Promitto: ualida eſt & utilis. Et eſt ratio,quia non eſt neceſſe,quòd eadem omnia in reſponſione repetantur,quæ in interrogatione expreſſa fuere. Verum quia iſtud not.ſatis expeditum fuit ſuprà in rationibus dubitandi & decidendi, ideo ulterius non proſequor. doct.tamen hîc faciunt quaſdam illationes:ſed quia ſunt claræ,ideo ad dicta per eos me remitto. Expeditis textualibus,uenio ad gloſ.& in primis,quia gloſ.j.parua eſt declaratiua ad ſ.noſtrum,ideo eam aſſumo. Non diuiditur propter eius breuitatem.Pro cuius expeditione quæro; utrum iſtud

ſit indiſtinctè uerum, quòd ſi quis ad ea, quę interrogatus eſt, non reſpondeat, ſtipulatio ſit inutilis. Reſpondet gloſ. quòd non: quia interdum inutilis eſt in totum, ut quando fit ſuper qualitate: aliquando in partem, ut quando fit ſuper quantitate. quod qualiter intelligi debeat, infrà ſubijciam. Deuenio nunc ad gloſ. magnam ita difficilem & ſcabroſam, ut nihil ſuprà dici poſsit. Pro cuius clariori intelligentia premitto,
6 *quid ſibi uelint hi termini, Qualitas, Quantitas, & Species. Et in primis dico, ꝙ qualitas dicitur illa, quæ apponitur, ſeu adijcitur alicui actui, ſiue ſubſtantiæ: & quæ ſine ipſa ſubſtantia eſſe non poteſt. Iſtud colligo ex mente Iaſo. in rubr. Inſtitu. de action. in princip. & in l. ſi ita quis promiſerit. in fin. princip. ff. de uerborum obligation. per text. in l. eius qui in prouincia. uerſic. quoniam tunc. ff. ſi certum petatur. facit text. in l. ij. ubi Bartol. not. ff. de uſufruct. & in l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de actio. emp. Multa exempla poſſem adducere, unico tantum contentus ero, iuxta morem Iuriſconſul. ut habetur in l. ita uulneratus. in fi. ff. ad legem aquil. & in l. ſi quis obrepſerit. ff. ad legem cornel. de falſis. & ut magis intelligar, pono exemplum in textu noſtro. Nam ſi interrogem aliquē, promittis mihi purè? Ecce illa dictio, purè, eſt qualitas, quæ adijcitur illi orationi, promittis mihi: quæ oratio, quantum ad reſpectum qualitatis, ſubſtantia dicitur. Et ideo dicebam in deſcriptione: Quæ ſine ipſa ſubſtantia eſſe non poteſt. Nam ſi dicas, purè; ita ſimpliciter de nihilo ſeruiet, & uitiatur ipſa qualitas: ac per hoc redditur inutilis ipſa ſubſtantia. Secus eſt, ut dixi, ſi iungatur cum ſubſtantia. Quare putarem dicendum, quòd qualitas nihil aliud ſit, quàm quoddam ſignum demonſtratiuum alicuius rei: ut cum dico, Promitto tibi decem in pecunia numerata: illud in pecunia numerata, eſt qualitas, quæ demonſtrat actum, ſeu ſubſtantiam, ſuper quo interponitur: uidelicet, in quo promiſsio adimpleri debeat. Quantitas autē, quantum puſillo meo iudicio percipere poſſum, nil aliud eſt, quàm genus: accipiendo genus prout ſumitur

ſumitur per gloſ.& Docto.in l.ij.ſ.mutui datio. ff.ſi certum peta.uidelicet in his quæ numero,pondere,menſura'ue conſiſtunt. Et quod dico quantitatem,Iuriſconſul.& Docto.noſtri ſummam appellant. l.ſcire debemus.l.inter ſtipulantem. ſ.ſi ſtipulante. ff.de uerborum obligat. attamen credo,quòd hîc accipiatur pro pecunia.per gloſ.in ſ.cũ adijcitur.in uer. uitiatam.in d.l.j.de uerbo.oblig. Species uerò nihil aliud eſt, quàm quoddam indiuiduũ ſeu corpus,ut homo,equus,bos, & ſimilia. Et iſto modo puto ſpeciẽ accipi in materia noſtra, quo etiã ſumitur per gloſ.& Docto.in dicta l.ij.ſ.mutui datio. Et hoc modo dicit accipi legaliter ſpeciem, Chriſtoph. Porcius,in ſ.fin.in gloſ.j.inſtitu.de iuſtit. & iure. Iſtis igitur ſic præmiſſis, diuido gloſ.noſtram in duas partes principales:nam in prima gloſ.ſupplet ad tex.In ſecunda,ponit diſtinctionem bimembrem pro declaratione textus. Secunda ibi,Diligenter tamen.Iterum iſta ſecunda principalis diuiditur in duas. In prima gloſ.declarat primum membrum illius diſtinctionis.In ſecunda,declarat aliud.Secunda ibi,Si autem non placeat. Denuo iſta ſecunda ſecundæ principalis diuidi poteſt in quatuor partes. In prima ponit unã diſtinctionem in tres caſus, ad illud ſecundum membrum. In ſecunda proſequitur declarãdo primum. In tertia declarando ſecundum. In quarta examinando tertium.Partes patent.Poſſem etiam iſtam quartã partem, in plurima fruſta lacerare:ſed quia cantilena iſthæc eſſet nimis prolixa,ideo omitto : quia illę particellæ ſatis patebunt ex concluſionibus, quas infrà ſigillatim eliciam.Pro expeditione primæ partis gloſ.oppono ex mente ipſius:nam uidetur quòd iſte text.in ſui princip.loquatur in caſu indubitabili,dicendo: Præterea inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea, quæ interrogatus eſt, non reſpondeat. Certum enim eſt,ſi quis nõ reſpondeat ad interrogata, non ualere ſtipulationem. l.prima.in princip. ff.de uerborum obligation. ergo tanquam de indubitabili reijciendus ab aula.l.quod labeo.ff.de carbonia.edict.l.ancillæ.C.de fur. ad hoc reſpondet

gloſ.noſtra cõgruè,& ſenſus erit talis:prętereà,&c.reſiduum gloſ.literaliter proſequor.Expedita literali expoſitione gloſ. uenio ad eius plenam ( quantum uires noſtræ ſe extendent)
7 interpretationem.* Et circa primam partem mihi uidetur, quòd minus bene Accurſ. fecerit, ſubdendo illud uerbum, congruè,ad text. Nam autoritas componendi hunc librum Inſtitu.& aliquid adijciendi uel detrahendi legibus,data fuit per Imperato. ſolùm illis uiris, de quibus habetur mentio in §.cumq; hoc.in proœ. ſuprà, & in prima conſtitu. c.in princ. & §.primo.& non alijs:& per conſequens nec Accurſ. gloſſatori:quum de eius poteſtate nullibi conſtet. Saluando poſſumus reſpondere, quòd iſtud haberet uerum, ubi ex nulla parte textus talis ſubauditio extrahi poſſet:ſed Accur.ſecus fecit:quia adimpleuit mandatum l.inciuile. ff.de legi.& ideo non eſt mirum,ſi ex uerbis inferioribus text.iuſtè illud uerbum, congruè, addidit : quum non ſit inconueniens , quòd præcedentia per ſequentia declarentur. l.ſi ſeruus plurium. §.fina. ff.de legatis primo.& quòd ſecundum ſubiectam materiam aliquid addatur. l.ſi ſeruus legatus. §.qui margaritã. ff.eodem.Ex ſecunda parte principali glo.noſtræ ſeptem elicio concluſiones. Prima igitur ſit concluſio. * Reſponſio incongrua ad interrogationem,ſi ilico & incontinenti à ſtipulatore approbetur,eſt eius efficaciæ, ut faciat ualere ſtipulationem.Fundatur iſta concluſio in l.prima.§.cum adijcitur. ff.de uerborum obligatio. qui tex. nunquàm à memoria excidat,quia ſingulariſsimus eſt in hac materia, cùm alium cõſimilem nuſpiam repererim. Circa hanc concluſionem, quot fuerunt capita, totidem & fuere ſententiæ. Prima fuit opinio Ioan.& Azo. qui uoluerunt concluſionem indiſtinctè procedere, eò quia §.cùm adijcitur.tam ad §.ſi quis ſimpliciter.præcedentem, quàm ad §.ſi ſtipulanti. ſequentem,refeſratur:& ſic tam ad quantitatem,quàm ad qualitatem.Secunda fuit opi. Hugo.& Iacob.de Are. qui dixerunt, iſtud tantum habere uerum, cùm adijcitur aliquid, uel detrahitur in quantita

quantitate, non in qualitate;hac ratione, quia §.cum adijcitur. refertur tantum ad §.ſi ſtipulanti. ſequentem, propter relatiuum aliquid;quod eſt ſubſtantiæ, non qualitatis. Tertia fuit opinio Petri de Bellaper.ſubtilis Vltramon. qui dicebat concluſionem procedere, quando aliquid adijcitur in qualitate tantùm, non in quantitate: ea ratione, quia in §.ſi quis ſimpliciter. ad quem ſolum uult referri §.cum adijcitur.ſemper præcedit in toto interrogatio,& ſequitur reſponſio:nimirum ſi per complacentiam ſequentem conualidatur ſtipulatio: ſecus in §.ſi ſtipulanti. quia ibi quando aliquid adijcitur,ad illud adiectum nulla præcedit interrogatio: nimirum ſi non ualet ſtipulatio.ſuprà de uerborum obligatio. in princip. Et ſic habetis opinio. antiquorum relatas. Omiſſa diſputatione, quæ nimis longa foret, dico opinio. Ioan.& Azo. ueram eſſe, quòd §.cum adijcitur. referatur tam ad præcedentia, quàm ad ſequentia: ut quia diſtinctiones iſtas & cauillationes non admittat, quum generaliter & indiſtinctè loquatur, & ideo generaliter ueniat intelligendus. l.de precio. ff.de publicia. & ut ſtipulatio potius ualeat, quàm pereat.l.quoties in ſtipulatio. ff.de uerborum obligation.& faciunt quæ dixi ſuprà in reſponſione ad rationem dubitandi,ad ſecundam partem text. Et iſtam opinio. puto communem: ut quia eam præſenſerit Accurſ. hic, dum generaliter loquitur. ſequuntur Docto. communiter hic. Gloſſ. Dyn. Bartol.qui refert has opinio.& alij in dicto §.cum adijcitur. quem legunt cum §. ſi quis ſimpliciter. & Paul. de Caſtr. in dicta l.prim.§.ſi ſtipulanti.in princip. Et ratio fundamentalis eſt, ſecundum Paul. ibi,& Porcium. hic,in primis uerbis: quia ea quæ ilico & incontinenti fiunt, ineſſe uidentur. l.lecta.uerſicul. dicebam. ff.ſi certum petatur.l.petens. C.de pactis.Limitatur iſta concluſio,ut intelligi debeat, quòd ualeat ſtipulatio ex præſumptione iuris, fictione potius inſpecta,quàm ueritate: ut uoluit gloſ.in dicto §.cum adijcitur. ſuper uerbo, alia.& fuit de mente Bartol.& ſcriben. in locis

proxi

proximè adductis, & in l.prima. in princip. ff.eodem. quod comprobo ex uerbo,uidetur, poſito in fin. dicti §. cum adijcitur.quod dé ſui propria natura fictionem importat.l.prim. §.deieciſſe.ff.de ui & ui arma. Sed iuxta iſtam concluſionem
9 pulchra & difficilis ſe offert dubitatio: * An diuerſitas inter interrogationem & reſponſionem, circa ſpeciem in ſtipulationem deductam, uitiet ipſam ſtipulationem, etiam quòd incontinenti ſequatur complacentia. Inſignis Doctor Gallus Ioan. Faber hic, in princip. ſui commenti auſus fuit tenere affirmatiuam: quòd non obſtante complacentia, uitietur ſtipulatio. Dicit enim ipſe,ſe intelligere §.cum adijcitur.quando aliquid adijcitur,uel detrahitur interrogationi: non ſi omnino aliud promittatur: ut in caſu iſto, quando de alia ſpecie reſpondetur: & fundat opinionem ſuam ſuper §.ſi de alia. infrà eodem. Iudicio meo, etſi Fabro multum debeam, ſalua tamen in futurum meliori deliberatione, uidetur aberraſſe tantus uir. Nam ille §. ſi de alia. ſuper quo ſe fundat,eſt extra propoſitum quæſtionis noſtræ: loquitur enim ſimpliciter, quòd ob diuerſitatem circa ſpeciem uitietur ſtipulatio:nec ibi ulla fit de ſubſecuta complacentia mentio. Et ſi diceretur: ille text. generaliter loquitur,ergo, &c. Reſpondeo, quòd ſi iſtud admitteremus, ſequeretur, quòd §.cum adijcitur. ſeruiret nobis de uento: & quòd per illum §.noſter, qui etiam generaliter loquitur, non deberet declarari,& diſtingui,quod dicere,eſſet nimis fatuum.Non obſtat tex.in dicto §.cum adijcitur. quia dico, quòd debet intelligi non ſolùm quando additur,uel detrahitur aliquid ſtipulationi; ſed etiam quando alia ſpecies diuerſa promittitur. Quod colligo ex ipſius text.ratione generali,qui de directo ſe fundat ſuper eo, quòd ſtipulatio prima ſit inutilis, ſed per ſecundam ex iuris præſumptione inductam,cõualidetur. Et ideo præſuppoſito,ꝙ prima ſtipulatio ſit inutilis, tantũ operabitur cõplacentia quo ad ſpeciem, quantũ quo ad quantitatem & qualitatem; nam quando ratio legis eſt generalior dicto,

dicto,legis dictũ extẽditur ad rationis limites.Clem.j.iuncta gl.in uerb. eligatur.de electio. Prætereà, & iſtud eſt ſolidum fundamentum, paria ſunt aliquid addere uel detrahere,& de nouo facere.l.hæredes palam.§.ſi quid poſt. ff.de teſta. paria ſunt ergo,ꝙ alia ſpecies promittatur:ſicut ſi aliquid adijciatur uel detrahatur:ut complacentia ſtipulationem faciat ualere. Et iſtam opinionem uidetur approbare gloſſ. hîc loquens generaliter per uerbum, ubicunque: quod importat omni caſu,loco,uel tempore.l.ubicunque.& ibi not. ff.de interrog.action. Iſtud itidem fuit de mente Barto. in dict. §. ſi quis ſimpliciter.uerſic.præterea probemus. qui expreſſe dicit, Si de eo non præceſsiſſet interrogatio,de quo facta eſt reſponſio. Ecce quòd Barto.ibi præſupponit, quòd interrogatio facta fuerit de una ſpecie,& reſponſio de alia.Et ex his remanet prima cõcluſio cum hac pulchra dubitatione optimè (ut opinor) reſoluta. Sequentes concluſiones (domini) habetis intelligere, quando diuerſitatem inter interrogationem & reſponſionem non eſt ſequuta complacentia, nec expreſſa diſplicentia:ut præſupponit glo.noſtra, iuncta declaratione Io.Fabri hîc,in princi. Secunda igitur erit concluſio: * Diuerſitas inter interrogationem & reſponſionem circa qualitatem, omnimodo uitiat ſtipulationem. Fundamentum huius concluſionis ſtat in text.noſtro,ibi, Aut ſi ille. & in dict.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.de uerbo.obli.& cum hac concluſione, tranſeunt omnes hîc,& ibi,nemine diſcrepante.Ratio fundamentalis huius concluſionis eſt,ſecundum Bal.hîc: quia in caſu iſto eſt diuerſitas in obligationis qualitate,totalem obligationem reſpiciente; nimirum ſi uitiata qualitate, quæ ipſi ſubſtantiæ adiungitur,ſi redditur inutilis etiam ipſa ſubſtantia.Hinc eſt,ut uoluit Barto.in l.non ſolùm. §.morte.ff.de oper.noui nuntia.col.vj.in princ. quòd ſi interroges me, Promittis mihi x.purè:& ego reſpõdeo,Proteſtor quòd ſi promittam tibi purè,uolo quòd illud intelligatur ſub conditione,uel certo modo: tũc talis limitatio,quæ futuræ obligationis cauſa adijcitur,inducit diuerſitatẽ in qualitate obli- 10

gationis:

S gationis:

gationis: & ita talis diuerſitas obligationem uitiabit: quia
actus qui poſtea fit purè, non ſe compatitur cum proteſta-
tione.argum.dict.§.ſi quis ſimpliciter.& text.noſtri. Contra
hanc concluſionem obſtare uidetur text.in c.commiſſum.de
quo prioribus diebus argumentabar aduerſus prȩceptorem
communem,Dominum Petrum de Sancto Georgio: in ma-
teria feudorum,extrà de decimis. iunctis ibi notatis per Pa-
norm.in primo not.ubi habetur, quòd diuerſitas & mutatio
qualitatis, obligationem ſolutionis decimarum non uitiat.
Ergo idem uideretur dicendum in caſu noſtro,quòd diuerſi-
tas & mutatio qualitatis, obligationem ex ſtipulatione de-
ſcendentem,uitiare non debeat. Iſtud non reperio ab alio ta-
ctum:attamen puto faciliter poſſe reſponderi, quòd ibi qua-
litas accipitur pro quodam corpore indiuiduo: quia illi mo-
nachi de Boſſe,habebant quaſdam domos dirutas, quas con-
uerterũt in terras fructiferas: & ideo licet illa qualitas,id eſt,
illud corpus mutetur,& uarietur quo ad nomen, ut ubi ap-
pellabatur domus, nunc nuncupetur campus: non tamen
uitiatur ſubſtantia ipſa, quin ſuper ea, obligatio decimarum
perſolui debeat. Quod ſecus eſt in caſu noſtro: quia quali-
tas(ut in ſuperioribus dixi) accipitur pro quodam ſigno de-
monſtratiuo, quod adijcitur alicui ſubſtantiæ: quare ipſo
uitiato, uitiatur etiam obligatio,ex ipſa ſtipulatione deſcen-
11 dens. Tertia ſit concluſio: * Diuerſitas inter interrogatio-
nem & reſponſionem circa quantitatem, in eo quod conſo-
nat,ualet:in alio,non.Fundamentum iſtius concluſionis,cir-
ca id quod conſonat,ſtat in dict.l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de uerb.
obli.circa id quod non conſonat,ſtat in §.noſtro.in uerſi. ue-
luti ſi quis. Et cum hac concluſione tranſeunt glo. & omnes
ſcrib.cõmuniter hîc & ibi. Ratio fundamentalis huius con-
cluſionis ſecundum Bald. hîc, eſt:quia quantitas minor,ſem-
per eſt in obligatione.l.ſi ita ſtipulatus x.aut xv.cum ſimil.
ff.de uerb.oblig.& ideo illud in quo conſonat reſponſio,quũ
ſit minimum in obligatione,nõ reddit eam inutilem.Aduer-
tatis,quia Bal.eſt corruptus:corrigatis ut hic dico, l.ſi ita ſti-
pulatus.

pulatus.& ibi,& ideo,&c.tollatis primã negatiuam, ne aliàs Bal.ſit ſibi contrarius. Hanc diſtinctionem omnino admitte re nõ uidetur tex.noſter,qui loquitur generaliter: & ideo generaliter uenit intelligendus.uulg.l.de precio.ff.de publicia. Glo.& doct.in d.§.ſi ſtipulanti.multum inſudauerunt,& capita ſua torſerunt circa iſtorum textuum concordiam: & tamen nullam dant concludentem,ſed diuinatiuam tantum rationem.Quare putarem dicendũ,quòd §.noſter corrigat dictum §.ſi ſtipulanti.quum iſtud ſit ius nouum, & poſterius. c.j.de conſti.lib.vj.& eò fortius, quia uidebatur fortaſſe abſurdum Imperatori,ponere iſtam diuerſitatem inter qualitatem & quantitatem. Cõſiderans tamen correctionem legum iuxta poſſe noſtrum debere uitari, ut iura iuribus concordentur.l.unica.C.de inoffic. doti. Mihi uidetur,quòd dominus Iaſon habuerit uerum & perfectum iudicium in hoc puncto.in dict.§.ſi ſtipulanti. col.iij. circa medium:uidelicet quòd ille textus per iſtum, & iſte per illum declarari debeat: & eò maximè, quia iura noua debent potius diſtingui per antiqua, quàm dicere, quòd inducatur legum correctio: ſecundum gl. & Docto.in l.ſciendum.in princip.ff.qui ſatiſda. cogan. notat Iaſ.in l.filium quem habentem.in fi.commenti. C.famil.herciſ. Non enim eſt abſurdum,ut poſteriores leges per priores declarentur, & econtra.l. non eſt nouum. cum ſequent. ff. de legib.& pro hac concluſione facit,quod dixit Barto. in dict.l.non ſolùm.§. morte.in loco,quem in praecedenti concluſione adduxi. Quartam formo (extra tamen gloſſ.) concluſionem, ut quia hìc quadret: * Diuerſitas inter 12 interrogationem & reſponſionem circa appoſitionem diei uitiat ſtipulationem. Circa iſtam concluſionem Docto.inter ſe certauerunt. Bart. enim in dict.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.tenendo partem affirmatiuã,quòd uitietur ſtipulatio, opponit de tex.in l.j.§.diem.aliàs eſt §.editiones.uerſi.diẽ.ff.de eden. ubi dicitur, ꝙ dies eſt pars ſtipulationis ſicut ſumma: ſed in ſumma ſi aliquid adijciatur,uel detrahatur,nõ uitiatur ſtipulatio,d.l.j.§.ſi ſtipulanti,& uidimus in praecedẽti cõcluſione,

ergo idem dicendum uidebatur & in die. Soluit ipſe Barto. quòd adiectio diei, ſubſtantiam & obligationis qualitatem immutat: quia licet nata ſit actio, obſtat tamen exceptio. Secus eſt in quãtitate, quando aliquid adijcitur: quia tunc non eſt diuerſitas in obligationis qualitate, & ſic circa ſubſtantiam: nimirum ſi ſtipulatio non uitiatur. Hac ſolutione non contentus Ludo. Roma. in d. l. j. §. ſi. colum. ulti. tenet aduerſus Barto. quòd idem dicendum ſit in die, quod in ſumma: & fundat opin. ſuam in dict. §. ſi ſtipulanti. & in d. l. j. §. diem. de eden. & certè hæc argu. ſua eadem ſunt cum dictis Barto. in oppo. in ſubſtantia. Alexan. in d. §. ſi quis ſimpliciter. in prin. & in dict. §. fin. in fine. mordet, & meritò (ut infrà uidebitis) hanc Rom. ſententiam: per text. noſtrum, & in dict. §. ſi quis ſimpliciter. ut uidere poteritis apud eum. Dominus Iaſ. ibidem, in ſecundo not. conatur defenſare opinio. Roma. duobus fundamentis, ut ibi per eum. Dicit tamen ſe credere, ꝙ ſententia ipſius Ro. non procedat in longiori tempore, id eſt, quando adijcitur prolixior dies: quia diſpoſitum in ſumma, non procederet in die. Quid dicendum inter hanc altercationem? 13 * Ego, ſaluo ſemper perfectiori iudicio, puto quòd Ro. & Iaſ. malè & peſsimè ſenſerint. Et in primis quia eorum opinio uidetur principaliter fundata ſuper eo, quòd bonum ſit argumentum de ſumma ad tempus. l. miles ita. in princi. ff. de mili. teſta. Reſpondeo, quòd illud procedit circa terminos d. l. miles ita. & non in terminis quæſtionis noſtræ: ut quia diuerſa ſit ratio, & ideo diuerſum ius ſtatuendum. l. interpoſitas. C. de tranſact. l. in actionibus. ff. de his qui not. infamia. Et pro hoc facit, quia ceſſante cauſa & ratione legis, debet etiã ceſſare ipſa legis diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. notat Alexan. in l. fin. in primo not. C. de edicto diui
14 Adria. tol. Declaro melius: * Illud quod diſponitur in dict. l. miles ita. eſt ſpeciale fauore militum, circa teſtamenta in caſtris condenda: ſed non reperio quòd in ſtipulando aliquis fauor militibus ultra ius commune concedatur: & ideo non quadrat, uelle argumentari de ſumma ad tempus, extra materiam

teriam ſpecialitatis. Et dato quòd admitteretur in militibus extenſio huius argumenti extra rationis legis limites: non tamen admitteretur iſtud in paganis; quia quod quibuſdam aliquo caſu & ſpeciali priuilegio conceditur, non eſt ad alios caſus, & diſsimiles perſonas trahendum in conſequentiam. §. ſed & quod principi. ſuprà de iure natur. gentium uel ciui. l. quod uero. ff. de legi. Nec obſtaret, ſi diceretur, Non'ne bonum eſt argumentum, de ultimis uoluntatibus ad contractus? l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. Reſpondeo, quòd non, quando non eſt identitas rationis. d. l. pactum. & l. quæ de legato. ff. de leg. j. & dato quòd procederet argumentum: non admittitur niſi negatiuè, non autem affirmatiuè: ut dicit Ioan. de Platea, in §. unico. Inſtit. de lege fuſia cani. tol. & ideo quum adſit diuerſitas rationis in caſu noſtro, non poterit ſumi affirmatiuè argum. à dict. l. miles ita. Vlterius dico, quòd pro opin. Barto. & Alexan. ſtringit ineuitabiliter, text. noſter, ibi, Si modo ſcilicet id exprimas, &c. & in dict. §. ſi quis ſimpliciter. ibi, Aut ſi ita interrogatus, Intra Calendas quintas dabis? reſponderit, Dabo Idibus. Quod ego intelligo, ſcilicet, Dabis die xxviij. puta, menſis futuri Ianuarij, qui dicitur, quinto Calend. Februarij: alter reſponderit, Dabo Idibus: id eſt, die xiij. illius Ianuarij. Ecce text. clarum, in quo de tempore detrahitur, & uitiatur ſtipulatio. Et per hoc ceſſat aliud fundamentum, quod facit Iaſ. quod eſt mera cauillatio ad iſta iura. Nam cum habeamus textus claros & apertos, non eſt recurrendum ad illa coniecturata argumenta, & ſophiſmata, ad quæ tendit ſententia Rom. & Iaſo. ut dixit glo. ij. in c. j. de feudi cognit. in uſibus feud. In claris enim opus non eſt coniecturis. l. continuus. §. cum quis. ff. de uerb. oblig. Nec eſſe debet quæſtio, ubi eſt caſus legis: ut dicit Alex. in l. ſi ſic ſtipulatus. ff. eo. Et dato, ſed non conceſſo, quòd iſti text. non probarent: habeo regulam certam, quòd de ſimilibus ad ſimilia, ſeu ab æquiparatis procedit argumentum. l. non poſſunt. ff. de legi. l. leges. la. j. in ſecundo reſponſo. c. eod. c. ſi poſtquàm. iuncta glo. fin. de electio. lib. vj. Sed ſic eſt

quòd conditio & dies æquiparantur.l.inter omnes.& ibi no
tatur.ff.qui ſatiſda.cog.& in infinitis iuribus eſt uidere, ubi
ſimul ponuntur,& æquiparantur dies & conditio. Diſpoſi-
tum ergo in conditione, haberet etiam locum in die, quum
dies magis adaptetur qualitati,quàm quantitati. Et per hæc
remaneat expedita iſta concluſio ſatis utiliter. Quinta erit
15 concluſio: *Diuerſitas inter interrogationem & reſponſio-
nem circa ſpeciem, quando una res pro alia promittitur, ui-
tiat ſtipulationem. Fundatur hæc concluſio in §.ſi de alia.
infrà eo.& in l.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum. iuncta l.con-
tinuus.§.j.ff.de uerb.oblig.Ratio fundamentalis huius con-
cluſionis eſt, quia in ſtipulationibus requiritur conſenſus
utriuſque partis.l.j.§.adeò.ff.de pactis.d.l.continuus. §.j.&
dixi ſuprà in prima ratione dubitandi. Sed quia in caſu no-
ſtro, non eſt conſenſus, ſed diſſenſus: quum unus tendat in
Mutinam,alter in Rhegium: ideo nimirum ſi inutilis reddi-
tur ſtipulatio.Declarate tamen & intelligite hanc concluſio-
nem,ut procedat,quando appareret manifeſtè, partes diſſen-
ſiſſe: ſecus ſi non appareret,uel eſſet in dubio:quia tunc ſer-
uanda eſſet diſtinctio glo.in d.§.ſi de alia. Poſſem circa hanc
cōcluſionem ſermonem in longius protrahere: ſed quia iſtud
eſſet auferre proprias dotes ipſi §.ſi de alia. ideo ulterius nō
16 proſequor. Sexta erit concluſio:* Diuerſitas plurium ſpe-
cierum, cumulatarum copulatiuè:ſiue quid adijciatur, ſiue
detrahatur,circa id, ad quod congruè reſpondetur,utilis:cir-
ca uerò adiectum inutilis eſt. Fundamentum huius conclu-
ſionis ſtat in l.j.§.ſed ſi mihi.& in l.inter ſtipulantem.§.ſi ſti-
pulante.in ultimo reſponſo.ff.de uerbo.obligatio. Ratio fun
damentalis eſt, quia in hac obligatione copulatiuè conce-
pta, tot ſunt ſtipulationes,quot ſunt res.l.ſcire debemus.iun
ctis ll.proximè adductis.ff.de uerbo.obliga.& ideo,ubi ſunt
plures res in ſtipulationem deductę,plures erunt ſtipulatio-
nes: quum res iſtæ inter ſe ſeparatæ & diuiduæ ſint. quare
non eſt mirandum,ſi per inutilem utilis ſtipulatio non uitia-
tur. & in hanc concluſionem unanimiter aſpirant ſcrib. hîc;
& ibi.

& ibi. Septima,& ultima erit concluſio: * Diuerſitas plu- 17
rium ſpecierum alternatiuè cumulatarum, ſi ad utranque, uel ſimpliciter reſpondeatur,utilis eſt; ſi ad unam tantùm, inutilis. Fundatur iſta concluſio in di.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.& longè clarius in l.inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. in princ. ff.de uerbor.obligatio. Ratio fundamentalis in hoc potiſsimum conſiſtit; quia in hoc caſu eſt diuerſitas in ſtipulatione, totalem obligationis, ſeu ſubſtantiæ qualitatem reſpicientе. Nam cùm quis interrogat alternatiuè,Promittis Stichum aut Pamphilum? uidetur ſub conditione interrogare, ut quem malit, promiſſor ſoluat: quum in alternatiuis electio ſit ipſius promiſſoris debitoris. l. plerunque.§.fina.ff.de iure dotium.ſufficit enim quòd in rebus alternatiuè promiſſis, earum altera in forma ſpecifica adimpleatur. l. ſi quis ita ſtipulatus.in fine.ff.de uerbo. obligat. Sed is qui interrogatur,reſpondendo, Promitto Stichum, uidetur ſe uelle obligare purè,& ſic præciſe ad illum Stichum. Et ideo non eſt mirandum, quum ad interrogata congruè non reſpondeatur,ſed diuerſimode, circa qualitatem ipſius ſtipulationis, ſi inutilis reddatur, & uitietur huiuſmodi ſtipulatio. Et ex his remaneant expeditæ ſeptem iſtæ concluſiones, in quibus puto totam materiam hanc, in ſubſtantia ſaltem, eſſe concluſam. Duo tantum ſupereſſe conſpicio, quæ neceſſariò ueniunt hoc in loco diſcutienda. Primum eſt, ut rationem diuerſitatis, inter has duas ultimas concluſiones ( etſi ſatis ex prædictis pateat) uobis aſsignem. Secundum eſt, ut dubitationem aliquam,circa rationem diuerſitatis inter tertiam concluſionem, & hanc ultimam, pro ingenioli uiribus,
ſubſiſtere non permittam. ** Ad primum deueniendo, dico, 18
ex mente domini Lancel. Galli.in di.l.j.§.ſed ſi mihi.in prin. ff.de uerbo.obligat.qui clarius quàm alius quem uiderim loquitur, quòd ratio diuerſitatis, quare diſpoſitum in ſpeciebus copulatiuè in ſtipulationem deductis,non habeat locum etiam in ſpeciebus alternatiuè eodem modo deductis, hæc eſt,quia in copulatiuis ſiue promittantur duæ ſpecies,quum

præceſsit

debemus. Corroboratur gloſſæ, & aliorum ratio aduerſus Bartol. per aliam rationem glo. in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. in gloſ. magna. uerſic. uel dic tertio. ff. de uerborum oblig. quam ibi Dominus Alexan. dicit ueram, & cõmunem. Dicit ibi Accurſ. quòd illa adiectio, ſiue detractio maioris ſummæ, habetur pro ſuperflua, & ſuperuacua: nec plus operatur, quàm ſi minor tantũ ſumma promitteretur: quare huiuſmodi ſuperfluitas ſiue apponatur, ſiue omittatur, non habebit uitiare ipſum actum & ſtipulationem. l. teſtamentum. cum concord. adductis in gloſ. c. de teſta. Quod ſecus eſt in ſpeciebus, ut demonſtratum fuit ſatis abunde in præcedentibus. Non tamen nego, quin ratio aſſignata per Bart. ſit bona, & tuta: imò eam uerisſimam puto. Crederem tamen gloſ. & communis rationem meliorem, & magis concludentem eſſe: ut ex prædictis apparet. Et eò maximè, quia ratio Bart. eſt ſolùm ratio ſimplex diuerſitatis: ſed ratio gloſ. & communis, eſt ratio rationis uiuacisſima. Cogitabitis tamẽ, quænam ex his ueſtras magis demulceat aures. Limitate tamẽ,* & declarate, quod dictum fuit in ſummis, ſemper id quod minus eſt attendi, ut ſuſtineatur ſtipulatio, nõ habere uerum: quando utraque ſumma ſimul & ſemel eſſet in obligatione alternatiuè, circa quam caderet affectio, uel ratione cauſę, pro qua quis promiſit, uel reſpectu perſonæ, cui facienda eſt ſolutio, uel ratione loci, ſeu temporis, propter quod poſſet reſultare intereſſe: quia tunc ſi aliquid adijciatur, uel detrahatur interrogationi, ſtipulatio redditur inutilis. Iſta eſt deciſio Bartol. clara, in l. ſi duo. in fin. ff. de uerborum obligatio. & in dicta l. prima. §. ſed ſi mihi. (licet nõ ita clarè) ff. eo. ubi uide Dominum Lancel. poſt alios, colum. ij. Et per hæc, ad laudem Dei Opti. Maxi. impoſitus ſit finis huic ſolenni §. Qui tanquam parentis adoleſcentis primogenitus, portioneq; iure ſibi debita, honeſtatus, ueterano quãdoq; altius meditandi iucundè cauſam præſtabit. Alexander Loſęus de Auiliania, ſcholaſticorum minimus, almæ Ciſalpinę nationis Taurinenſis uices Abbatis gerens. 21

EXCVSAE SVNT HAE DOMINI
Alexandri Loſæi, Auiliani Iuriſconſul. Interpretationes in
inclyto & ſplendidiſsimo Lugdunorum emporio, Gallorum
monarchiam regente Chriſtianiſs. & feliciſsimo Fran-
ciſco, huiuſce nominis primo: gubernante autem
Reuerendiſs. & Illuſtr. Franciſco à Turnone,
inter Cardinei cœtus primarios ſapien-
tiſsimo, Anno Chriſtianæ ſalutis
M. D. XXXVII.

INDEX EORVM, QVAE HOC IN OPVSCVLO, CONTINENTVR.


| | |
|---|---|
| Rubr. C. de Iudic. | char. 9. |
| L. Licet. eodem. | char. 23 |
| L. A' iudice. eod. | char. 28 |
| L. Placuit. eod. | char. 32 |
| L. Properandum. eod. | char. 41 |
| §. Siue autem alterutra. eiuſdem L. | char. 64 |
| L. Iuris ordinem. C. de iuriſdict. omn. iudic. | char. 68 |
| L. Priuatorum. eod. | char. 78 |
| Autent. nouiſsima. C. de inoffic. teſtamen. | char. 86 |
| L. Prima. C. de inoffic. dona. | char. 99 |
| Rubr. C. de petitio. hæred. | char. 110 |
| L. Prima. eod. | char. 117 |
| Rubr. C. de liber. præter. | char. 118 |
| Repetitio. §. Præterea. Inſtitu. de inutil. ſtipul. | char. 127 |

Char. 6. ibi. in ſacroſancto ac Romano. legas, eo Romano.
Char. 10. num. 3. ibi. pleniusq; alibi. legas, plenius quàm.
Char. 18. numero 18. ibi. ideo præpoſitio titul. legas, præpoſito.
Char. 20. nume. 20. ibi. & ſæpius. abundat copula &.
Char. 27. nume. 9. ibi. extinguit. legas, extinguitur.
Char. 30. numero 2. ibi. à maioribus familiæ. legas, manibus.
Char. 36. numero 5. ibi. ſub qua eſt ſituata. legas, ſub quo.
Char. ead. ibi. in illa actione. legas, in illa dictione.
Char. 37. nume. 7. ibi. uulg. l. arrianus. ff. de uerborum obligatio. legas, ff. de action. & obligation.
Char. 46. nume. 6. ibi. §. libertos. legas. §. libertas.
Char. 48. nume. 9. ibi. torques. legas, torqueas.
Char. ead. in fin. ibi. ultimo. legas, ultimum.
Char. 58. nume. 19. ibi. qui iudex. legas, quum iudex.
Char. 61. nume. 22. ibi. ut hæc l. deciditur. legas, ut hac.
Char. 63. numero 23. ibi. ad præcedentiam. legas, ad præcedentia.
Char. 87. nume. 5. ibi. in quinta not. legas, in quinto.
Char. 90. numero 8. ibi. ingratis liberis. legas ſeparatim, in gratis.
Char. 117. nume. 1. ibi. de qua. legas, de quo.

